SVPPLI-CATORII LIBELLI

QVORVNDAM CHRISTI MI-
NISTRORVM DE SYNODO PRO-
PTER CONTROVERSIAS GRA-
VISSIMAS CONGREGANDA,
PARTIM ANTEA EDITI,
PARTIM NVNC RECENS
AD CONVENTVM
NAVMBERGEN
SEM MISSI
ET EXHI-
BITI.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E.
ROMA

VRSELLIS.
EXCVDEBAT NICOLAVS
HENRICVS.
ANNO M. D. LXI.

Nobili ac generoso d.
Vlrico Fuggero, comiti
Weissenburg ac suo dno

Quod consortium Iusticiæ cum iniusticia? aut quæ cõmunio Luci cum tenebris? aut quæ concordia CHRISTO *cum Belial?* 2.*Corinth.*6. *An nescitis, quòd paulu-lum fermenti totam massam inficit? Expurgate itaq; ue-tus fermentum, ut sitis noua conspersio. Tollite malum de medio uestri,* 1.*Corinth.*5. *Si quis igitur aliud Euan-gelium docuerit, anathema sit. Gal.* 1. *Hæc est uera, & à Spiritu sancto sancita norma regendi Ecclesiam, sa-nandi eius uulnera, & conseruandi puritatem doctrinæ, non humanæ rationis* ἀμνηστία, *nunc sapientibus usitata.*

PRAEFATIO AD CHRISTIANVM LECTOREM.

CVM MVLTA alia officia, & actiones ſint omnibus hominibus inter ſeſe ex iure gentium communia, tum ante omnia alioqui, audire, reſpondere, indicare ſua ſenſa ore, aut ſcripto, coram, aut per alium, adeo ut inhumanos, ſeu quaſi non homines eos uel inprimis dicamus, qui cum alijs colloqui non dignantur. Sermo enim aliorum omnium officiorum, contractuum & actionum inter homines fons, & initium eſt.

Tantus uero eſt filiorum huius ſeculi furor, ut etiam hoc ipſum omnium gentium uinculum ac ius furenter abrumpant, præſertim in

Religione, ſicut Pſalmus dicit, quod obturent aures ſuas, ne audiant loquentẽ, ſicut aſpides ſurdæ, & Chriſtus in ſuo iudicio reprehenſus de ſilentio cauſam eius oſtendit, inquiens, Si interrogauero uos, non reſpõdebitis mihi, Si recte ac iuſte uobis reſpondero, non dimittetis me.

Sicut igitur ſæpe in ſanarum literarum Hiſtoria uidemus, impios nec reſpondere poſſe Prophetis, Chriſto aut Apoſtolis, nec etiam illos audire, eorumue dicta curare aut conſiderare uelle, ſed tãtum crucifige & tolle uociferari, ac lapides iactare: ita ferme omnibus temporibus ſoli ueri Chriſtiani inauditi, damnati, ac interfecti ſunt uſq; in hodiernum diem.

Hanc eandem uiam ingrediuntur etiam hodie ſectarij, eorumq; amici

amici ac patroni, qui cum mirabile quoddam pacis, charitatis & pietatis ſtudium ſimulent, tamen nec audiunt recte monentes, nec reſponſa dare dignantur, nec quicquam magis ſolicite agunt ac cauent, quam ne coram diſputare, nobiſcum cogantur, neue cauſa inter nos ac ipſos legitime dijudicetur, aut quisquam omnino noſtram ſententiã, Apologiam, aut excuſationes cognoſcat, audiat, aut legat.

Nec ſane poſsumus negare, eos habere grauiſsimam huius ſui conſilij factiq; rationem. Vident enim ſuam cauſam in luce iudicij conſiſtere non poſse, eoq; ſicut putres naues omnem etiam minimam offenſionem metuunt, ita & illi uitant omnia Colloquia, diſputationes, collationes quantumuis placidas, Sy-

nodos & ſimiles Chriſtianos congreſsus, quin & literas accipere, aut reſpondere proh ſcelus dignantur. Quæ extrema inhumanitas omnem, uel Turcicã immanitatem, uel etiam Scythicam barbariem, ac deniq; extremam hoſtilitatem ſuperat. Nam ſi uel iam in procinctu ſint acies, & Chriſtiani duces ad Turcos, aut Scythicos Tyrannos, Caduceatorem mittant, admittunt illi eum, audiunt, quid dicat, & aliquid reſpondent.

Quę autẽ erit unquam actio, aut tranſactio inter partes diſsidẽtes, ſi nullum colloquium, ac ne acceptio quidẽ literarų aut reſponſio amplius inter diſsidentes ferẽt, aut admittetur. Peccant igitur tales longe grauiſsime, primum contra ius gentiũ, deinde cõtra publicum bonum, de-

niq;

niq; et contra Christianã charitatẽ, Ecclesię tranquillitatẽ ac religionis Iesu Christi illustrationem. Quæ nunq̃ recte fiet, sine disidentiũ partium colloquio aut sententiarũ placida ac legitima collatiõe, quam nunquam Ecclesia Dei ullis quãtumuis impijs, fœdis ac nefarijs hæreticis denegauit.

Ipsemet filius Dei suo extremo aduersario Satanæ non prorsus negauit auditum aut responsum. At isti si dijs placet belli sanctuli perpetuo cum lachrymis orantes, ut unũ simus in Christo, et publicas calamitates deplorantes, ex alto superbe omnes alios despiciẽdo, ac omnẽ lucẽ iudiciorũ defugiendo, uolunt cõtrouersias religionis dijudicare, & omnia uulnera Ecclesię sua illa impia ac uiolenta amnistia sanare. O prǽclarissi-

riſsimam pietatem, humanitatem, iuſtitiam & æquitatem Heroum & doctorum Eccleſiæ.

Sed offeret ſe occaſio forte poſtea aliquando uberius de iſta plane Cyclopica barbarie ac diabolico furore dicendi, ſi aliqui in ſua extrema peruerſitate perſeuerauerint: Nunc hæc ſcripta Synodica, tum ad politicos, tum Eccleſiaſticos tranſmiſſa, in lucem euulgamus; primum ut omnes pij, noſtram in pie tranſigendo, tollendis erroribus, & conſeruãda Veritate promptitudinem animaduertant, Deinde ut tum precibus, tum & omni diligentia legitimas cognitiones, dijudicationes, ac remedia præſentium controuerſiarum promoueant, Et denique ut calumniatoribus os obſtrua mus,

mus, qui cum uel confiteantur se nostra scripta non legisse, (ut quidam Satrapa sparso scripto & confitetur se nostram supplicationem non legisse & simul eandem calumniatur) uel etiam legerint ac meliorem rationem commonstrare non possint, nihilominus omnia carpunt, lacerant ac peruertunt. Et deniq; ut constet quæ sint præcipuæ causæ iræ Dei, quam omnis generis prodigia quotidie minantur, & iam plane pro foribus adesse ac excubare protestantur, & denique, quomodo ea aut differri aut amoueri pie queat, Qui habet oculos ad uidendum uideat, & aures ad audiendum audiat, horrendas Dei minas & prodigia, cum contra omnia alia peccata, tum præsertim contra errores ac seductores, eo-

eorum ſectatores. Te oramus Fili Dei, qui ſolus es Rex, & Sacerdos frater ac caput, dominus ac Deus noſter, ut deſtruas iſta horrenda opera diaboli errorum ac furorum, & pluſq; Cyclopicæ immanitatis, conſerues etiam tuam cœleſtem ſalutaremq; lucem, nobis miſeris tuis ouiculis ad gloriam nominis tui, & Eccleſiæ ſalutem, propter miſericordiam & ueritatem tuam. Quia uere non eſt, qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter, Amen.

REPETITIO SVPPLICATIONIS PRIVS AEDITAE A THEOLOgis Ienensis Academiæ, ad Naumbergensem Conuentum Princip. missa, in qua simul non paucæ obiectiones ac calumniæ aduersariorum confutantur.



ILLVSTRISSImi & Potentissimi Principes & alij Proceres ac Domini Clemētissimi: Prædixit iam olim ipsemet Filius Dei, S. Paulus selectum eius organon, Petrus, Ioannes, & tota ferme Scriptura, futurum, ut omnibus temporibus, præsertim autem postremis, Satan (qui semper ueluti Leo rugiens ouile Domini sollicitus circuit, quærens quem deuoret) in ipso bene culto agro Domini seminet Zizania, excitet uarios Pseudoprophetas, qui è nobis exeant loquentes peruersa, & omnino fore, ut ueniant hæreses & scandala. Idem etiam experientia omnium temporum inde usq; à condito mundo accidisse testatur, cui testi plurimum credi

solet

solet ac debet. Præsertim uerò de ultimis seculis post reuelatum Antichristum, Daniel *&* Apocalypsis *dura & tristia uaticinantur.*

Has quidem tot Spiritus S. luculentas Prophetias, nostris quoq; temporibus non irritas cecidisse, ut multi securi altum stertentes somniant, sed re ipsa euentuq; abundè comprobatas esse, tot errores ac corruptelæ, quæ, tum uiuo Luthero, *tum præsertim eo mortuo passim exortæ grassatæq; sunt; & adhuc grassantur, quibusq; ipse, & omnes Synceri* Doctores *semper restiterunt, satis superq; testantur & euincunt, si modo quis uerè ac paulò plenius & attentius, & in timore* Dei *omnia perspicere ac cognoscere uelit, aut dignetur.*

Hisce fermentis Diaboli *ac uenenis animarum, cum omnium hominum officium sit legitimè ac seriò obuiam ire, tum uerò præsertim syncerorum* Verbi Dei *Doctorum, ac etiam* Politicorum *gubernatorum (quorum utrorumq; istud ipsum opus, summum ac primarium munus est, suo tamen loco & ordine uniuscuiusq; pro functionum summa diuersitate aut discrimine)* Quare *& nos quod citra omnem iactantiam & inuidiam dictum sit, urgente, cogenteq; nos* Dei *mandato ac* Spiritu *nostra conscientia, & publica atq; extrema* Ecclesiæ *Christi necessitate, tum antea in rebus duris ac periculis grauissimis, prædictis erroribus, quantum nobis* Deus *ipse uirium dedit, restitimus, tum etiam semper legitimas & pias* Ecclesiæ *cognitiones, non fraudes aut uiolentiam*

lentiam, ut alioqui maliciosè, contra suam ipsorum conscientiam interpretantur, omni studio ac sine ulla simulatione quæsiuimus: Quod multis exemplis ac factis, atq; adeo etiam editis scriptis liquidò & manifeste probare possemus, & testari possunt, tum Saxonicæ Ciuitates ac Doctores, tum & Illustrißimus Princeps ac D. D. Ioannes Albertus dux Mechelburgensis &c. qui à nobis orati in hisce causis Anno Christi 1557 mediationem quandam susceperant, & controuersiæ diremptionem tentauerant.

Eadem de causa ante annum humilem supplicationem ad V. Illustriß. C. & alios omnes Euangelicos status, de legitima & pia causarum Religionis cognitione & diremptione unà cum multis alijs pijs doctoribus scripsimus & euulgauimus, reuerenter petentes, ut piam Christianamq; Synodum adhærentium Augustanæ Confeßioni dijudicandarum præsentium Controuersiarum causa conuocare uelint, nec ferant, ut dubia disputatione suæ Religionis, uel in discußæ relinquantur, & perpetuo durent, uel etiam ui iniuriáue quisquam opprimatur.

Quam Supplicationem etsi speramus V. Celsitud. dudum, uel à nostris Illustrißimis Principibus ac Dominis accepiße, uel etiam alioqui uidisse: tamen studio publici boni et ne lucem defugisse uideamur, nunc denuo eandem ipsis reuerenter offerimus, petentes suppliciter, ut causas Religionis hoc tempore controuersas, ad imitationem

tionē ueterum ac ſanctiſſimorū illorum Regum Iuda, *et* Cæſarum Romanorū, *coacta conuocataq́; Synodo, diligē ter et* Eccleſiaſticè, *ac ex uerbo* Dei *maturè cognoſci cu retis.* Nihil *enim minus putamus utile eſſe aut* Deū *probare, quàm uel negligere prorſus cauſas* Religionis, *uel eas aſtutis aliquibus machinationibus obſcurare, uel de niq; uiolentia, obſtructo ſpiritui* S. *uerisq́; doctoribus ore, opprimere.* Plena *etenim legitima & pia cognitio ac dijudicatio, cauſis* Religionis, *ſicut omnes pij norunt, non uiolentia gladij conuenit.*

Non *defuerunt quidem omnibus temporibus, qui (ut* Ezechiel *propheta pulcherrima ſimilitudine eorum impium artificium depingit) artificioſe controuerſias* Religionis *fucantes & eleuantes, ruinoſum parietem inutili cemento oblinirent, ac dealbarent & clamarent,* PAX, PAX *& ſecuritas, cum tamen non adeſſet pax, nec à ſeductoribus nec ab ira* Dei. Proculdubio *ne nunc quidem deſunt, qui eodem artificio potentibus perſuadeant, præſentes corruptelas* Religionis *non ita magni momenti eſſe, & facile ac piè palliatiua aliqua curatione ſanari, & incruſtari poſſe, ut aliquando politicas cōtrouerſias quoquo modo ſepeliri, ac obrui* Amniſtia *& ſilentio neceſſe eſt.* Hæc *oratio ualde eſt humanæ ſapientiæ plauſibilis, tum quia ei ſemper res* Religionis *ſpirituales q́; paruæ, politicæ uero ac carnales maximæ eſſe uidentur, tum quia ualde eſt blanda et amabilis ſpecies concordiæ, tum deniq; quia ſic inficiando aut eleuando*

ut

ut Adam crimen suum,nos poße liberari ignominia errorum & uacillationis,itē multis sumptibus,laboribus, ac alijs miserijs,putamus: Tum deniq; quia uidemur sic futuri firmiores contra præcipuos aliquos aduersarios. Verum non esse parui momēti præsentes controuersias in adiuncto scripto ostendimus,& ad ostendendum plenius etiam,uel coram uel aliàs ubicunq; opus fuerit,nos promptos offerimus.Cogitent uero simul Illustriß.et pijssimi Principes & gubernatores,quā grauiter Deus ibidem talibus incrustatoribus Religionum minetur, & quam perniciosum fore exitum illarum palliatiuarum curationum prædicat,nempe quod corruiturus sit paries unà cum cemento,& futura peior ruptura posterior priori,ac simul insuper ira Dei et æterna ignominia sit, tales artifices,eorumq; sectatores obruitura.

Sunt uero quidā calumniatores,qui importune in nos irruunt,uociferātes nos damnare omnes Ecclesias,dānare omnes principes ac status solisq; nobis doctrinæ puritatē arrogare et similia:Quæ tamē ne minimo quidē nostrorū scriptorū testimonio uerè probare possunt.Nos enim nec omnes,nec etiā unam aliquā Ecclesiam Augustanæ confeß. adhærentē damnamus. Nec cū principib. aut statibus imperij Roma:litigamus.Sed cū paucis quibusdā errorū repertorib:ac patronis uel potius cū ipsis errorib:ac corruptelis.Quas esse uere noxios errores et antea sæpe probauimus,et inSynodo nosDeo regēte,probaturos profitemur. Quod si qui ultro sese uolunt eisdē erro-

erroribus adiungere, nos quidem eos loco seductorum & errantium habere diuino mandato cogimur, & deinceps cogemur. Cuiusmodi uix quisquam hactenus quicquam fecit propter lectores Vuitebergens. quorum tamen aliquos scimus, librum pessima fide conscriptum, nequaquam approbare. Hanc nostram sententiam animumq; saepe antea quoq; editis scriptis testati & protestati sumus, contra nostros calumniatores: Vt mirum sit non pudere istos homines toties & tam impudenter easdem calumnias tam crebrò liquidò refutatas repetere. Quod profectò non sine singulari mendacis illius Spiritus impulsione faciunt.

Scimus quoq; obijci nobis ambitionem & studium rixandi, ut semper pijs doctoribus Mundus obijcere solitus est. At contra intelligentes homines, praesertim Illustrissimi Principes ac Domini nostri clementissimi cogitent, quàm duris temporibus (cum non aliqua praemia, sed ipsissima mors, extremae ignominiae ac tristissimum exitium, fulminante ubiq; Victore, hostium gladio, ueritas propugnatoribus erat propositum) coeperimus corruptelis resistere.

Quo desperatissimo tempore, ruentibus & deficientibus non tantum singulis hominibus aut oppidis, sed & integris prouincijs, omnis profectò cupiditas disputandi & scribendi omnisq; ambitio etiam summis uiris, qui & antea & postea omnia scriptis repleuerunt, exciderat, ut nemo contra uaria Interim uel mussitare

aut

aut hiſcere auderet. Non igitur humanæ ambitionis, contentionis aut petulantiæ fuit tunc repugnaſſe corruptelis, ſed diuini beneficij motus ac Spiritus. Quod etiam ipſe euentus repreſſorum tot Interim ac Conciliationum ac mutationum conſeruatáq; ueritas abunde etiam coram ingrato Mundo teſtantur & clamant.

Obijciunt aliqui præſertim Sacramentarij, quod leges alijs in noſtra ſupplicatione feramus, At contra nos ibi clare profeſſi proteſtatiq; ſumus, nos tantum ſuppliciter noſtras cogitationes ex uerbo Dei *(ut iudicamus) ſumptas, in medium expendendas proponere, petentes ac orantes etiam, ut alij meliorem rationem aut formam* Synodi *commonſtrent:* Et *deniq; obtulimus nos ad amplectendam omnem utiliorem inquirendæ in Synodo ueritatis rationem, à quocunq; demùm* Common*ſtratam, modo uere ac re ipſa non nominetenus tantum ſit talis, & ex uerbo* Dei *proferatur.*

Obijciunt alij acerbitatem noſtris ſcriptionibus, quæ certe decuplo maior in ſcriptis Aduerſariorum *reperietur, ſi uel iſtud ipſum ultimum proximis diebus æditum expendatur.* Nec *defugimus ijs quoq; de rebus legitimum iudicium, parati de omnibus reddere rationem.* Vuittebergenſes *quidem clarè confeſſi ſunt in ſcripto de ſuis lectionibus æſtate elapſa ædito, quod multa ſint apud eos editione indigna, multa etiam in* BONOS *uiros* CONTVMELIOSA *impreſſa. Quæ aduerſariorum Confeſſio latè ampléue intelligi debet.*

Nemo enim facile contra semetipsum testaretur, nisi maxima rei euidentia uictus ac conuictus.

Eadem ueritate & æquitate nobis obijcitur inquietus animus & studium contendendi. Cum hoc crimen culpáue in illos potius omni iure cadat, qui sine omni necessitate noua dogmata, imo & errores iam antea à nostris Eccle*sijs damnatos cõtra communem consensum* Eccle*siarum & doctrinam uiri* Dei Lut*heri mouent, id quod quasi ad oculum demonstrari potest.*

Exempl*o sit uel solum* Papi*sticum dogma necessitatis operum ad salutem, aut* Maior*ismi, quem olim* Anno 1536. *Lutherus instituta publica disputatione acriter condemnauit,* Po*stea tempore* Adi*aphororum fuit resuscitatus & deinceps non ita dudum præter alias plurimas* Eccle*sias ac doctores, etiam à* Phi*lippo,* Maio*re &* Franco*fordensi decreto fuit aliquatenus condemnatus.*

Sed tamen & ille error, non sine alijs haud parui momenti nunc denuo à D.Ale*sio nuper edito* Lip*siæ libello instauratus est: idq; contra ipsius propria scripta, publica & priuata.*Nam *in commentario super* P*salterium recens edito aliquoties hunc errorem condemnat, ex quibus unum locum descriptum inserimus.*

Sic & liberum arbitrium & Origi*nalis corruptio, in quibus consistit initium* Chri*stianæ doctrinæ, totos annos* 40*.est à nostris* Eccle*sijs acerrimè contra* Papi*stas oppugnatum.*At *nunc contrà ea doctrina ita immutata pijs obtruditur, ut* Pa*pistæ editis scriptis triumphabundi*

bundi iactent ac probent, nos per eam, damnatis nostris prioribus erroribus, ad ipsos redire, Quod ex primo Tomo Louaniensi, Lindano, Staphylo & scriptis Osij satis cerni potest.

Cui ergo tandem studium contendendi merito obijcitur? Num illis, qui errores excitant, ac pertinacissimè tuentur, an uero illis, qui eis, receptam nostrarum Ecclesiarum doctrinam tuendo, piè resistunt? Dicti sunt etiam Prophetæ uiri rixarum, & Turbatores Israël, sed uox Dei testatur, non Prophetas salutarem Dei ueritatem sonantes & Idolatrias ac corruptelas taxantes fuisse turbas seditionum & causas maledictionum Dei, sed ipsos falsos doctores eorumq; applausores.

Audimus etiam quosdam nobis obijcere, quod simul & Synodum iudiciumúe petamus, & Aduersarios damnemus, quod uideatur esse contra omnem æquitatem. Respondemus, Non uult Deus ullum doctorem, aut etiam alium pium suspendere assensum in controuersijs Religionis, sed mox scrutari scripturas, & reperta ueritate dicere pertinaci seductori anathema. Præterea non cernunt isti oculati sapientes etiam in politicis controuersijs actorem mox cum petitione iudicij aliquod certum crimen noxamúe Reo disertè ac sine omni dubitatione obijcere, & eum, quantum in ipso actore est, damnare ac petere, ut & Iudex eum condemnet. Deniq; qua alia ratione nos contra Papistas petimus Synodum, nisi ut simul

affirmemus, nos ibi ostensuros ex uerbo Dei ipsos grauißime errare in plurimis ac maximis Religionis *articulis.*

Proinde inepta est, aut etiam propalàm calumniosa ista obiectio, uel potius piæ Supplicationis *cauillatio.*

Forte & illud aliquis obijciet tam paucis hominibus Synodum dandam non esse. At *non pauci sunt, qui eam petant, cum inter concionatores, præter eos, qui nobiscum subscripserunt, tum inter gubernatores, & deniq; auditores. Quin & ij, qui corruptelarum accusantur multis scriptis Synodum flagitarunt, si enim id serio ac ex animo egerunt.*

Deniq; & illud in quodam Sacramentariorum scripto queritur, Quis nam sit futurus Iudex *in Synodo?* Responsio *: Sicut semper hactenus in deliberatione de Synodo cum Papistis responsum fuit, ipsum Verbum Dei sit Iudex, & quicunq; clarum testimonium Verbi Dei pro sua sententia proferre poterit, uincat & audiatur. Ad quam tamen obiectionem abundè in ipsa edita Supplicatione responsum est, ut miremur eos istam & alias cauillationes dudum refutatas, in medium proferre audere. Videntur omnino aut nunquam diligentius nostram supplicationem legiße, sed incognita calumniari, aut etiam maliciose lectas solutiones suorum sophismatum dißimulare.*

Sunt præcedenti æstate duæ Theologicæ disputationes habitæ, una de Sacramento Corporis Domini, al

tera

tera de Libero arbitrio In utraq; Dei beneficio abundè ostensum ac compertum est, sacras literas esse utiles ad redarguendum: Ac uerbi Dei gladium ita potentem, acutum, & penetrantem esse, ut tortuosos istos serpentes & lubricas anguillas seductorum tandem in tales angulos angustiasuè concludat, unde euadere ac elabi nequaquam queant, sed demum omnibus inspectantibus cogantur præbere caput feriendum & conterendum: Modò timor & inuocatio Dei, & etiam aliqua recta ac utilis Methodus in disputando, & quærenda ueritate adhibeatur, & sanctè diligenterq; obseruetur.

Quæratur uerò optima inuestigandæ in Synodo ueritatis ratio, si nostra aliquibus omnino improbatur. Monstrent ipsi ex uerbo Dei meliorem & illustrandæ ueritati aptiorem. Obtulimus nos antea modestè, & adhuc offerimus ad eam recipiendam summa animi promptitudine ac submißione, modo reipsa talis existat, non solis uerbis ac specie pro meliore uenditetur.

Summa, non est modus aut finis calumniandi, quæ rectè ac utiliter in Ecclesiæ commodum contra errores proponuntur. Dicunt enim non pauci nos regnare ac graßari uelle pro nostro arbitrio in Synodo, nos λυσὶκὴν *Synodum parare. Quos res ipsa palpabiliter refutat. Nam nec potentia ea est apud nos, ut uim minari aut intentare poßimus, Nec leges, quas ipsimet proponimus, ac in Synodo ualere cupimus, uim ullam admittant, sed eam omni studio ac diligentia excludunt, quip*

 pe, qu

pe, quæ ita circumscribunt omnia, ac ad æquitatẽ, quietem & ordinem reducant et uiam patefaciendæ ueritati, quoad eius fieri potest, aperiant ac muniant. Talis Diabolica rabies calumniandi, & in illis est, qui fatentur se nostras supplicationes aliaq; scripta non legisse, & tamen omnia Theonino, aut etiam canino dente, arrodunt, & lacerant. Clamant quoq; isti idem rerum omnium ignari nos præcipitanter, neq; incognita pronunciare, iudicium præcipitare, & alios temere condemnare: Qui tamen eo ipso temeritatis conuincuntur, quod tam furenter de nobis pronuncient, cum interrogati de rebus ac controuersijs, deque nostris ac aliorum scriptis, nihil certi, aut comperti proferre possunt.

Plausibilis sane ratio & oratio est de ineunda domi concordia, quo tanto fortius contra Papistas pugnare poßimus, sed non intelligunt aliqui, quod in istis ipsis corruptelis quas quidam domestici inuehere conantur, nempe in Adiaphorismo, Neceßitate operum ad salutem, & Libero arbitrio, quo Originale peccatum extenuatur, confusione Legis & Euangelij, & similibus corruptelis, totus Papatus, ueluti in equo Troiano, in ciuitatem Ecclesiamq; Dei inuehatur, quod facile esset probare, & in alio scripto id probauimus.

Sola illa Alesij corruptela, quod asserit Paulum uerbis, Fide iustificamur sine operibus excludere

ex nostra iustificatione tantum impletionem legis aut opera plene Legi satisfacientia, totum articulum iustificationis funditus euertit. Si enim id solum excludit ex iustificatione: Ergo alias bonorum operum conditiones, causas & etiam merita ad salutem in iustificatione includit, & omnino ut necessarias requirit & flagitat.

Eadem plausibilis ratio & ratiocinatio domesticæ pacis potuisset olim Prophetis & Christo ipsi proponi, ne adeo pertinaciter, importunè & acerbè de omnibus rebus cum reliquo populo Dei, qui alioqui non ita potens aut magnus erat, & miserabiliter ab Ethnicis undiquaq; lacerabatur & premebatur, contenderent, sed ad quædam conniuerent, Alia candidè in meliorem partem interpretarentur, Aliqua ferrent, & deniq; Amnistiam sancirent, ut eo fortius toti Ethnicorum mundo resistere & ad eos quoq; ueram Dei doctrinam propagare possent.

Idem potuisset obijci & Christo durißimè suos Apostolos etiam in aliorum præsentia obiurganti. Idem nimirum rectißimè opponi potuisset Paulo, de re non magna, ut multi intellexerunt, cum Petro coram tota Ecclesia graui cum scandalo & impiorum triumpho litiganti. Idem deniq; & toti Primitiuæ Ecclesiæ in sua grauißima Cruce subinde alios atque alios hæreticos cum suis non paucis turbis excludenti, ana-

thematizanti, & cum eis usq; ad extremum uehementissime depugnanti, non sine Ethnicorum & Iudæorum tripudio ac insultatione perpetua Christianis domesticam dissensionem & errores obijcientium eosq; tanto importunius & audacius molestantium & persequentium, ac tantum non funditus delentium.

Verum pij semper, imo & Spiritus S. iudicauit primum domesticos & in uisceribus Ecclesiæ hærentes errores ac seductores aut fermentum expurgandum esse, tum demum aut etiam simul alienos errores oppugnandos. Quid enim inquit Paulus, nobis de ijs qui foris sunt, quosq; Deus potenter iudicabit. Quin potius domesticos iudicemus?

Ecclesia debet esse sine ruga & macula, & omnino ueritatis columna. Primum igitur ex suis oculis eximat noxia impedimenta, primum suas maculas extergat, & Diabolicum fermentum maliciose subinductum expurget. Nec uel ad horam falsis fratribus cedat, ut puritas Religionis apud eam permaneat. Nam etsi modicum fermenti esset, tamen totam massam suo ueneno teste Paulo inficeret.

Etiam politica sapientia iubet primum domesticos hostes ac internam perniciem, tanquam multo periculosiorem, superare ac tollere. Cogitent & illud sapientes, quòd qui non uolunt damnare corruptelas doctrinæ cum Augustana Confessione pugnantes, semetipsos ex pace imperij excludunt, & Pontificijs mouendi belli

contra se occasionem dent. Quin & *Deus ipse ob socie-tatem errorum ac sectariorum etiam insontibus sæpe maledicit, ut toti populo* Dei *ob unum* Achan *maledi-xerat.* Et *in* Deutero. *ob unum impium seductorem non punitum, toti populo grauißimè minati.*

Distinxit Deus, *Principes Illustriß. officia hominum à suis, sibi seruauit soli prouidentiam ac summum re-gimen, præsertim in* Religione & *seruanda* Ecclesia, Nobis *uerò mandauit obedientiam, dicens,* Commenda *mihi uiam tuam & ego faciam.* At *homines plerunq; contra neglecta obedientia erga mandatum* Dei *ipsi nolunt prouidere ac prospicere, ne in considerate* Deo *obediendo,* Ecclesiam *ac* Religionem, *se, suasq; fortunas euertant, uolentes sibi frena* Regiminis *commendari, rem præclarè effecturos, ac* Ecclesiam Religionemq; *conseruaturos,* Deum *uerò suis consilijs ac sapientiæ ce-dere & obedire debere.* Hinc *ista carnalia in politijs* Consilia *de* Religione, Conciliationes & *ueritatis ob-scurationes, aut etiam commixtiones cum errore, ne persequutorum furore* Cælum *expugnetur ac ruat, aut alioqui plliatiuæ uulnerum Ecclesiæ curationes.*

Ah *non ficulneis folijs pallianda & occultanda es-set nostra nuditas, ut solet uetus* Adam *etiam in paruis pueris, plerumq; post peccatum ad inficiationem aut etiam excusationem eius confugere,* Qua *ratione cri-men et ira* Dei *conduplicatur,* Sed *ex* Verbo *et pelle seu sacrificio agni* Dei *uera remedia seria pœnitentia pe-*

tenda essent. Vera autem & salutaris ratio curandi talia uulnera est, ut summa diligẽtia ac zelo separetur sanctum à prophano, & uerũ à falso iuxta normam uerbi, ut fermentum Hypocritarum & Pharisæorum summa diligentia expurgetur, & malum de medio Ecclesiæ tollatur, quia etiam modicum fermenti inficiat totam massam. Quin etiam iubet Spiritus S, ut, si quis aliud Euangelium docuerit, anathematizetur, etiamsi sit aut Petrus, aut Paulus, aut angelus de cælo.

Hoc ideo clarè & perspicuè fieri debet, ut seducti per errores in uiam redire, & pœnitentiam agendo salutem consequi poßint, Item quo omni posteritati consulatur, ne unquam tales semel, notorièq; damnati errores, iterum suscitari, & posteris obtrudi poßint. Item quo uiolata per corruptelas & seductores ueritas ac gloria Dei in integrum restitui poßit. Et deniq; quo ira ac pœnæ Dei per errores excitata ab Ecclesia, omnibusq; pijs auertantur. Grauißimè enim Deus minatur, se totum populum suum puniturũ esse, nisi seductores puniat, & exterminet. Verum hæc ad Amnistiam pertinentia plenius in adiuncto scripto tractantur.

Hæc est ratio tollendi errores, Controuersias ac scandala, in uerbo præscripta, & ab omni uera ac sana Ecclesia & doctoribus comprobata, non ista Carnalis & politica errorum incrustatio per Amnistias qualescunq; consopitiones erroris cum ueritate, & (sicut Propheta loquitur) externæ oblinitiones, quas quidem sapientes

pientes nunc meditantur, plurimum commendant & Ecclesiæ Dei *uiolenter obtrudere conantur.*

Quare, Illustrißimi *&* Potentißimi Principes *ac alij* Proceres, *suppliciter omniq; cum reuerentia & animi submißione oramus* Illustrißim: C. V. *non tantum nostro nomine ac eorum qui supplicationibus subscripserunt, sed & totius* Ecclesiæ *ac ipsius filij* Dei, *ut, sicut sæpißime ab omnipotente* Deo *(qui uos nutricios* Ecclesiæ *appellauit, gladio ac honore, humano generi in bonum, accinxit) iubemini iudicare pupillo, uiduæ ac orphano,* Ita *nunc more ueterum illorum potentißimorum* Regum *ac Cæsarum, curetis in præsentibus* Religionis Controuersijs *iudicari, toti* Ecclesiæ, *ubi simul etiam innumeris uiduis,* Orphanis, *&* Pusillis *Christi recte iudicabitis, ac salutariter consuletis.*

*Sicut uerò in uestris politicis iudicijs, nec in minimis quidem rebus æquum putatis esse, iudicari & pronunciari, nisi primum audita diligenter utraq; parte, deinde etiam consultis legibus, ac secundum earum præscriptum:*Ita *hic multo magis statuatis, primum omnia diligentißimè cognoscenda ac expendenda esse, ut in re multo grauiore ac difficiliore:* Deinde *etiam nihil esse decernendum aut constituendum, nisi secundum leges aut præscripta, normamúe omnipotentis* Dei, *Quæ sola lucerna pedibus nostris diuinitus proposita, ac in rebus diuinis* Religionisúe *sequenda est. Sed proh*

dolor

dolor plurimi hoc tempore præcipitantius et audacius iudicant ac pronunciant in summis controuersijs Reli*gionis, quam in minimi precij lite inter suos infimos subditos aut* Rusticos.

Potentes uocantur à Spiritu S.scuta terræ quia subditos suos protegere debent. Sed frustra profectò se opponunt, ut scuta gladijs & lanceis, omniq; humanæ potentiæ aut sapientiæ, nisi sese prius erroribus ac furoribus Satanæ, & ipsi etiam iræ Dei *rectè opposuerint, & nisi ante omnia hosce ipsos summos hostes, hostilisq; exercitus primarios potentissimosq; duces à se suisq;, pro lege & pro grege spiritualiter depugnantes, auerterint & profligauerint.*

Ratio autem uerè feliciterq; uincendi & profligandi hosce atrocissimos Ecclesiæ *ac politiæ hostes, non est profectò cælãdo aut excusando errata ac lapsus, Sed sicut olim* Pientiss. *Reges* Israel *fecerunt, errores quàm primum seueriss. abolendo, ueritatem repurgando, &* Idolatrias *suas suorumq;* Maiorum *agnoscendo, & culpã humiliter confitendo, deprecando et dicendo peccauimus, aberrauimus, nos & patres nostri, tibi* Domine Iusticia *nobis autem confusio faciei.*

Hanc uiam rectè sanandi uulnera Ecclesiæ *& iram pœnasq; à nobis & nostris auertendi, ut ueram, salutarem,* Deo *gratam & acceptam, nos quoq; nunc citra omnem cunctationem ac dubitationem constanter in timore* Dei *ingrediamur, ut sicut* Propheta *dicit, requiem ani-*

em animabus nostris reperiamus. Grauiter uos, Illustriß. Principes Spiritus S. in 2. Psalmo appellat, inquiens. Et nunc intelligite Reges, & erudimini Principes terræ. Osculamini filium, ne forte irascatur, & uos pereatis in uia. Filius Dei, cuius nuper Natalicia celebrauimus, non iam amabilem stellam, ut olim Magis, sed horrendum cœli incendium, omnibus ignem ac sanguinem minans, non absimile illi in Sodomorum incendio cum pluit de cœlo Sulphur & ignem conspecto, Nuper mox post suam Natiuitatem à Septentrione, unde forte Moscouiticus Gog & Magog ueniet, nobis non sine horrore spectandum proposuit. Simile prodigium & in Liuonia esse ante Moscouitarum aduentum uisum, Liuonienses sunt proximè Lipsiæ testati.

Quæ horribilis & terribilis omnipotentis Dei comminatio nobis merito ueluti speculum ante oculos proponitur. Quandoquidem Stellam uerbi nos ad filium eius ducentem, & ab omnibus erroribus ac corruptelis abducentem, sequi non dignamur, sed proh dolor, homini prosopolepsias, & humanæ rationis figmenta in tanta luce uerbi amplexamur.

Narrantur & aliundè alia terrifica prodigia & minæ Dei. Inter alia est & hic in Vicinia, homo nequaquam malus aut impius, quem iam propemodum biennium Satan miris modis fermè tantum in corpore uexauit, sæpißimè spectantibus aut etiam tenentibus cura multis hominibus miserabiliter colligauit, sæpe etiam

ber

per integrũ biduum aut triduũ prorsus abstulit. Quod portentum ac tristem picturam non dubitamus, ideo Deum hominibus proposuisse, ut tum præsentem spiritualem seruitutẽ eis exprobret, qua ita à Satana, ueluti fascinati, neglectoq; omni uerbo Dei, sese ab uno errore in alium trahi, rapi ac præcipitari patiuntur, frustra toties moniti & conuicti: Tum etiam, ut fortè imminentẽ à Turcis aut Moscouitis seruitutem nobis prænunciet, et iam mature ante oculos considerãdam depingat. Creuerunt etiam hoc anno & superiori in hac ualle pira Turcicos pileos aut capita præ se ferentia aut exprimentia, quæ hostium aduentũ manifeste minãtur. Horribilis tempestas quæ ante bienniũ in Misnia accidit, ubi inter alia dira, turbo uerti per aliquot Milliaria suppellectilem transtulisse dicitur, minatur tũ alias, tum et captiuitatẽ & translationem gentium: Sicut & nunc Moscouita Liuonienses in Moscouiam ablegare dicitur suos forte uicissim eo traducturus, ut & olim Tyrãni fecerunt, gentes pro suo arbitrio & cõmodo transferẽtes. Alijs alia prodigia sunt nota. Plurima enim paßim subinde accidunt.

Prædixit Robertus Gallus in suis prophetijs iam olim propemodum ante 300. annos, Turcam uẽturum in hanc occidentalem Europam, ob corruptam doctrinã, cum quidem ille adhuc procul in Asia esset. Quam horrẽda etiam sit uaticinatus Vir Dei ac instaurator ueræ Religionis Lutherus de pœnis Germanicæ ob ingratitudinẽ erga Euãgelium et patefactionẽ Antichristi, uulgo notissimum

ßimum eſt. At quæ tandem maior ingratitudo erga Euā-geliū & reuelationē Antichriſti eſſe poteſt, quàm multiplex et fœdißima colluſio aut contaminatio cum agnita Babylonica beſtia, tantiq́; inſuper ſceleris perpetua, ſuperbißima, ac maledicentißima excuſatio contra omnes ex uerbo Dei ſumptas admonitiones & confutationes?

Væ tibi (inquit Chriſtus) Betſchaida, Væ tibi Coraſim, Væ tibi Capernaū, Quoniā ſi Sodomis facta fuiſſent etc. Ne cogitemus, quod Germania ſit Deo gratior aut acceptior in tanta ingratitudine erga tam claram lucem Euāgelij, quā fuerūt olim nobilißimæ Regiones, et natiões Aſia, Græcia, Macedōia, Illyria, Vngaria, et uicinia loca. Quas gētes uidemus iam à Turcico furore nō tantū oppreſſas, ſed et penè prorſus deletas. Audiamus ergo in timore et tremore illā filij Dei ſententiā, Nolite cogitare quod illi fuerit peccatores præ uobis, Amen dico uobis, niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

Moueamur tandem terribilibus omnipotentis Dei minis, Agnoſcamus tempus uiſitationis noſtræ. Et cogitemus ac quæramus ea, quæ uere faciunt ad pacem, ſalutemq́; noſtram, nec audiamus eos, qui calamant Pax, Pax, cum non ſit pax, & ficulneis folijs crimina ſua aliorumq́; contegere conantur, palliatiuaq́; curatione ac inutili calce ruinoſum parietem dealbant ac ornant. Quibus ac eorum ſectatoribus Deus hiſce uerbis grauißiminatur, quæ V. Illuſtriß. Celſ. perlegere ac perpendere nequaquam pigeat.

Ezechie-

Ezechielis 13. Nunquid non uisionem cassum uidistis & diuinationem mendacem locuti estis, & dicitis, ait Dominus. Cum ego non sum locutus, propterea hæc dicit Dominus DEVS, Quia locuti estis uana et uidistis mendacium, ideo ecce ego ad uos, ait Dominus Deus. Et erit manus mea super Prophetas, qui uident uana, & diuinant mendacium. In consilio populi mei non erunt, In scriptura domus Israel non scribentur, Nec in terra Israel ingredientur, scietis quia ego Dominus Deus, eo quod deceperint populum meum dicentes, Pax Pax, et non est Pax, & ipse ædificabit parietem, illi autem liniebant eum luto absq; paleis. Dic ad eos, qui liniunt absq; temperatura quod casurus sit. Erit enim imber & inundatio, & dabo lapides prægrandes & desuper irruentes, & uentum procellæ dissipantem. Siquidem ecce cecidit paries. Nunquid non dicetur uobis? Vbi est litura quam linistis, Propterea hæc dicit Dominus Deus, & erumpere faciam Spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit. Et lapides grandes in terra in consumptionem, Et destruam parietem quam linistis asq; temperamento, & adæquabo eum terræ. Et reuelabitur fundamentum eius, & cadet, & consumetur in medio eius, Et scietis, quia ego sum Dominus, Et complebo indignationem meam in pariete, Et in his qui liniunt eum absq; temperamento, dicamq; uobis. Non est qaries, & non sunt qui liniunt eum, Prophetæ Israel, qui prophetant ad Hierusalem,

ſalem, & uident ei uiſionem pacis, & non eſt pax ait Dominus Deus,&c.

Illud autem eſt leuius quidem, non tamen negligendum, quod etiam Viri Romani Imperij, Principes Illuſtriſſimi, *leges iubent omnem* Magiſtratum *ſanctè iurare, ſe ſumma diligentia hæreticos ex ſua ditione extirpaturum & exterminaturum eſſe. Quod ſi non faciant, negat ius Cæſareum eos uere Magiſtratus eſſe.* Vbi *ſane piè ac uerè Magiſtratus legibus* Imperij Romani *ſui officij admonentur, cui non tantum propter pœnas, ſed et propter conſcientiam obedire tenentur.*

Veſtrarum *quoq;* Cel. Principes *ac ſtatus potentiſſ.* Latinum *ſcriptum, quo anno* 1546. Tridentinam Synodum *recuſaſtis, grauiſſimè iſtas impias fucoſasq; contro uerſiarum religionis conciliationes, inuolucra & obſcurationes taxat ac cõdemnat. Hæc enim ſunt eius* Verba.

Tales *fuci ſemper & fuerunt, & erunt pernicioſæ corruptelæ inuocationis ueræ, de qua concionatur* Euangelium. *Quare aduerſari, talibus, quamlibet ſpecioſis interpretationibus neceſſe eſt.*

In hiſtoria paſſionis Filij Dei *inſignis imago proponitur, cum oculi* Filij Dei *teguntur faſcijs, & undiq; facies cæditur colaphis, & adduntur uirulenti ſarcaſmi:* Vaticinare *quis te percuſſerit. Irrident uelatum, quaſi aut non uideat, à quo contumelia afficiebatur, cum uelit perhiberi uates, aut etiamſi uideat, diſſimulare tamen, & accipere iniuriam cogatur.*

Quid tam simile est huic imagini, quàm illæ fucosæ erratorum interpretationes? Veritatem tanquam captiuam isti producunt, ac primum oculos eius uelant, hoc est, nudam cerni nolunt: Deinde alij aliunde Colaphos infligunt, hoc est, corruptelis nouis eam lacerant. Et sibi ipsis plaudunt, tanquam re bene gesta triumphos agunt, inter suos, & Epicurea audacia sibi persuadent, non cerni has fraudes à Deo, nec uerentur iudicia hominum, freti potentum fauore.

Aduersus tales sophistas, in tantis periculis extremæ senectæ Mundi, profecto diligentia & circumspectione opus est, ne & hæc, quæ iam restituta sunt, nouis præstigijs obruantur, & ne hoc exemplo confirmentur petulantia ingenia, quæ libenter omnes religiones miscent.

Quapropter Principes Illustrißimi agnoscite uisitationis tempus, agite et quærite ea, quæ uere ad pacem defensionemq; uestram, subditorum ac Ecclesiæ pertinent. Curate ante omnia, ad imitationem ueterum illorum pientißimorum Regum ac Cæsarum, rectè ac uerè controuersias Religionis dijudicari. Retinete ac honorate constantißimè cœleste Depositum Veritatis, Expurgate diligentißimè omne fermentum Sathanæ, & subditis per ueram liberamq; prædicationem pœnitētiæ, præsertim de maximis peccatis, uiam effugiendi uenturam irā imminentesq; pœnas & Deum placandi commonstrari curate: Nec carnalibus aut etiam impijs Consilijs, sed Deo

gratis

gratis acceptisq;, uestram ac uestrorum Salutem quærite. Domini enim solius est salus, consilium & auxilium, & fallax est equus ad Victoriam.

Dominus IESVS in cuius manu corda Regum sunt, regat uos Principes Illustrißimos suo sancto Spiritu; ut non tantum hæc clementer ac Christiane à nobis accipere, sed etiam ea cogitare, consultare, & feliciter facere poßitis, quæ ad eius gloriam, Ecclesiæ utilitatem, & uestram, subditorumq; ueram solidamq; pacem primum spiritualem, deinde & corporalem faciũt, seu quomodo (ut Baptista inquit) à uentura ira pœnisq; effugere possitis, Amen.

ILlustriss. & potentiss. Principes & alij optimates ac proceres Domini nostri Clementiss. Mirum & pene incredibile uideri posset, q̃d dominus Iesus de suis Apostolis & omnibus alijs sinceris doctoribus prędicit fore, ut omnes homines eos oderint, omneq; malũ cõtra eos dicant propter ipsum. Quid enim minus uerisimile est, quã quod omnes homines idq; mẽtis compotes, sint Christi doctores uiros innocentissimos optimeq; de toto mundo, ueritatis propagatiõe, & errorũ refutatione merentes, extremo odio habituri, omniq; criminatione ac persequutione oneraturi? Sed tamẽ hoc ipsum nõ tantũ ipsamet ueritas, filius Dei, uerumetiã ipsa experientia, cui ratio nostra plus credit, opere ipso, ac re comprobat. Monet uero simul

mul filius Dei hac ipsa prophetia omnes pios gubernatores, ut cauti sint in dãnandis aut fouendis dogmatibus, nec temere sequant̃ furorẽ uulgi, plerũq; crucifige crucifige cõtra Christũ & eius ministros, etiam cum iudiciũ petitur et quærit̃, Quid enim mali fecit, respondẽtis & uoci ferantis: Sed summa diligẽtia ac in timore Dei ad exemplũ piẽtissimorum regum ac Cæsarum scripturas scrutando, uerũ a falso, & sinceros doctores a lupis, accurate dijudicent ac separẽt. Nec uel uerum pro falso dãnent, uel omnes religionis cõtrouersias paruifacientes dicant, ut Tyrãnus ille Valẽs per suum præfectũ Basilio Magno obijciebat dicẽs, Litigas, & turbas in Ecclesia Dei, cies de nominibus, syllabis & literulis. Quam pientissimam cautionem &

æquiſsimam moderationē cum nobis certo de ueſtris quoq; Illuſtriſsimis Celſitud: et human: ſpōdeamus, auſi ſumus & ante annū ſupplicatorium libellum de Synodo & dijudicatione preſentium controuerſiarum ad eas euulgare, & nunc denuo eaſdē repetimus adiuncta noua et manu ſcripta ſupplicatione. Quam, ut ueſtræ Illuſtriſsimæ Celſitud. benigno clemētiq; animo accipiant, et in timore Dei, perlegant & expendāt ſuppliciter eas oramus ac obſecramus. Ienæ 20. Ianuarij. Anno domini 1561.

V. C. & P.

Subiectiß.

Simon Muſæus D.
Matth. Fl. Illyricus.
Ioannes VVigandus.
Matthæus Iudex.

SVPPLICATIO QVORVNDAM THEOLOGORVM, QVI POST

obitum Lutheri P. M. corruptelis & Sectis, uoce aut scriptis contradixerunt, pro libera, Christiana, & legitima Synodo, ad Illustrissimos Principes & status omnium ordinum Augustanam Confessionem amplectentes.

DOMINVS IESVS Matthæi 17. *Pollicetur, se suis semper affuturum præsentem, ubicunq; duo uel plures in eius nomine ac ad eius gloriam conuenerint, seq; preces eorum, prompte exauditurum, & opere ipso perfectruum esse. Ideo, quamuis ille prope sit singulis separatim eum ex animo inuocantibus, tamen multo magis efficaciusque integro cœtui in suo nomine congregato, sua præsentia, fauore, ac spiritu adest.*

Quare, & olim sancti Apostoli, et semper postea pij Doctores, in omnibus grauioribus difficultatibus, præserim autē grassantibus hæresibus, soliti sunt Concilia

aut Synodos, in eius nomine conuenientes, celebrare: Ac non raro salutaria remedia sæuientibus morbis atq; calamitatibus, auxilio Filij Dei, & ductu Spiritus sancti repererunt, dum & scripturas diligenter scrutantur, et unanimiter ac sedulo de proposita controuersia inter se se conferunt, et deniq; preces ad Dominum ardenter ac indesinenter effundunt. Inde est quod saluberrimam esse Conciliorum autoritatem D. Augustinus recepta communiq; Ecclesiæ sententia pronunciauit.

Cum igitur nunc quoq;, post reuelatum Antichristum, sicut et mox in primitiua Ecclesia, Satan uarios pestilentesq; errores, corruptelas, Sectas & seductores undiq; cōtra cœleste lumē Euangelij præsertim ad instaurationem Papatus excitet, illiq; iam impune latissimè grassentur. Nec uel eorum autores manifesto DEI uerbo cedere uelint, uel alij quidam facile persuaderi possint, illorum corruptelas tam noxias esse, quidam uero meris conuitijs, aut confictis etiam teterrimis mendacijs piè monentes hostiliter impetant, infament ac proscindant amnistiasq; flagitent, & omnino multipliciter turbæ dissensionesq; crescant: Multi boni putant aliud remedium hisce pestibus, tantisq; difficultatibus aptius adhiberi haud posse, quàm si aliqua legitima & Christiana Synodus recte sentientium Doctorum conuocaretur, quæ de præsentibus controuersijs ex diuinæ uocis norma iudicaret, easq; graui & solenni censura damnatas tolleret & aboleret

Sic

Sic sane ante hos quoq; annos protestantes in scripto contra Ratisponense IN*terim exhibito, clare gratuiterq; de discutiendis* Ecclesiæ *controuersijs hisce uerbis pronunciarunt:* Diuinum *mandatum est (inquiunt) ut* Ecclesiæ *exorientes controuersias cognoscant, & pronuncient iuxta uerbum* DEI *recte intellectum, ut ait* Paulus, *Si quis aliud* Euangelium *docuerit, anathema sit. Hæc si tunc uerè pieq; senserunt, atq; in tam solenni actione contestatæ sunt* Ecclesiæ *nostræ, cur non nunc quoq; iuxta id* Dei *mandatum sectas errorésq; cognoscimus, & anathematizamus, sed insuper ultro eis ac prodigaliter amnistias offerimus, aut etiam obtrudimus? Num id, quod tunc fuit diuinum mandatum, nunc arbitrio aut placito potentum euerti aut immutari potest, aut debet?*

Scriptum est, nolite fieri participes alienorum peccatorum, &, tollite malum de medio uestri, Quia modicum fermenti totam massam inficit. Cur ergo, adhibita graui maturaq; cognitione, non expurgatur istud uenenatum Satanæ fermentum, sed ultro in domo Domini *silentio, paceq;, in perpetuum* Ecclesiæ *& ueritatis exitium, ueluti ignis ad domus incendium, occulitur, inuoluitur, & fouetur?*

Quapropter, quandoquidem nos quoq;, quorum nomina infra scripta sunt, semper optauimus ex animo præsentibus malis salutare aliquod remedium afferri: Iam longo tempore tum cupiuimus Christianam Synodum

fieri, tum, uti fieret, ubicunq; recte potuimus, institimus: atq; adeo quidam nostrum etiam publicis scriptis (ut taceamus alios pios conuentionum conatus) ad Synodum prouocarunt, promittentes se ibi comparituros, et errores, quos ante, uoce ac scriptis oppugnarint, coram confutaturos, suarumq; actionum & scriptorum rationem plene prompteq; reddituros esse.

Quae prouocationes ac petitiones quoniam hactenus graui culpa eorũ qui iudicia Ecclesiae promouere possent ac deberent sine omni fructu irritae fuerũt, et mala nihilo minus indies magis magisq; crescunt, & subinde latius serpunt: Visum est nobis, Principes illustrissimi V. Celsit: supplicare, easq; et alios pios status ac gubernatores propter Deum ac publicam utilitatẽ reuerenter orare atq; obsecrare, ut, quoniam eas Deus non tantum potentia ac honore, sed etiam uerae Religionis amplissimo thesauro eiusq; cura honorauit & onerauit: omni studio, prudentia & autoritate urgere & adniti dignentur, ut omnino primo quoq; tempore aliqua libera & Christiana Synodus rectè sentientium Augustanaeq; confessioni sincere adhaerentium doctorum congregetur, in qua de condemnatione errorum & tollendis controuersijs serio diligenterq; & in timore Dei agatur.

Ne uero quisquam de nostra uoluntate dubitet, aut etiam hanc nostram petitionem cauilletur, néue aliqua malorum arte, ut olim crebro usu uenit, non tam Concilium

lium quàm Conciliabulum, in perniciem ueritatis eiusq; Confessorum, congregetur: exponemus C. V. plenius ad exemplum imitationemq; consultationum & formularum, hactenus de hac re in actionibus cũ Pontificijs à nostris Ecclesijs conscriptarum, qualemnam Synodum fieri expetamus, & utilem Ecclesiæ Dei fore censeamus.

Non sine causa autem diligentiam hanc cautionemq; quam semper hactenus Ecclesiæ nostræ prudenter ac utiliter adhibuerunt, nunc quoq; adhibendam esse existimamus. Vidimus enim consilium superiori anno à celebri Theologo Principi cuidam, de congreganda Synodo datum & paßim per Germaniam oraculi cœlestis instar sparsum, quo suadetur, ut Principes aliqui prius concludant, quid in Synodo comprobari uelint (accepta nimirum ab ipso formula decreti) postea demum conuentum Theologorum conuocent, ut id decretum suo assensu comprobent. Quam fraudem astutumúe stratagema etiam Pontifex Romanus in suis Synodis usurpare solet: ita, ut postea Episcopi in Synodo nihil aliud canant, nisi PLACET, siue id probet, siue improbet ipsorum conscientia & Dei uerbum. Quæ tyrannica impostura nequaquam est ferenda, multo minus imitanda: Nec etiam profecto Ecclesiam Dei, uel saltem sanæ honestæq; mentis homines decet.

Hanc nihilominus nostram piæ atq; salutaris Synodi eiusq; conditionum, ex uerbo Dei (ut nos quidem sentimus) sumptam descriptionem, non ita proponimus, aut

aut mordicus etiam retinemus, tanquam qui uel nos solos sapere, uel ius de tantis rebus, spretis alijs, statuendi habere sentiamus: Sed tantum pio & pro ueritatis incolumitate solicito animo sententiam nostram Celsitudini V. alijsq; statibus indicamus, & ad deliberandum proponimus: parati alijs ex uerbo Dei, aut hæc corrigentibus, aut alia meliora, reiectis hisce, proponentibus cedere, obsequi, ac obtemperare: atq; ita non nostram aut etiam aliorum hominum, sed Dei solius una cum alijs sententiam uoluntatemq; in re tanta sequi atq; exequi.

SVNT *uero in hac consideratione, nostro quidem iudicio, quatuor potissimum quæstiones explicandæ, quæ ubi euolutæ fuerint, omnia maxime necessaria complectentur explicateq; proponent.*

I.

Quis nam proprius ac primarius scopus, finis, aut usus huius Synodi esse debeat.

II.

Quæ controuersiæ primum ac precipuè ibi tractandæ sint.

III.

Quinam Doctores aut personæ ad eam conuocari debeant.

IIII.

Quo ordine & qua forma processus causæ proponendæ, cognoscendæ, dijudicandæ, concludendæ, ac denuum exequendæ sint.

Ante

Ante omnia uero de loco Synodi quoquomodo V. Celsitudo aliiq; status (quorum maior quam Theologorum in hac re est habenda ratio) pro suo commodo deliberabunt. Illud certe obseruari debebit, ut medius aliquis locus deligatur, quo, & quæ ad mare Balticum, in Prussia, aut etiam in Dania sunt Ecclesiæ, & quæ sunt in Suecia, suos eo commode mittere possint.

De aliis uero loci commoditatibus, & præsertim, ut sit tutus personis & causæ ueritatis, nihil iam dicemus. Hoc enim etiam sine nostra admonitione ius ipsum causæq; extrema flagitat necessitas, Sicut & illud, ut conuenturis Theologis sumptus & saluus conductus, seu fides pulbica præstetur.

Illud quoq; uel maxime & ante omnia alia dici agiq; deberet, cum ne minima quidem negotia, nedũ longe maxima sine ope atq; diuino auxilio singulari, effici utiliter queant, & nusquam non Satan et mali homines bonis atque piis conatibus improbe sese obiiciant, omniaq; mille technis inuoluant & implicent, ut statim initio ac primo quoque tempore mandetur passim Concionatoribus, (tametsi id boni suamet sponte facient) ut excitent auditores ad assiduas ardentesq; preces pro hac Synodo, quibus id à cœlesti illo Patre atque unico bonorum omnium fonte propter Filium eius petatur, ut ille huic Synodo interesse, imo præesse, omnia regere, agere, eoq; remotis omnibus obstaculis tandem dirigere uelit, ut ueritas repurgata consistat, ab omnibus agnoscatur

tur accipiatur & approbetur: Et econtra omnes errores, corruptelæ, & pertinaces Seductores ex Ecclesia, quæ est esséq; debet Columna ueritatis & impolluta Sponsa Christi, explodantur & in omnem æternitatem anathematizarentur: Quo illustrata ueritate, sublatisq; corruptelis controuersijs & scandalis nomen eius rectè sanctificetur, eius Regnum amplietur ac inualescat, & ubiq; ipsius, non Satanæ, ac malorum hominum uoluntas fiat.

DE PRIMARIO FINE, AVT SCOPO SYNODI.

PRIMVM IGITVR DE FINE, VSV, & Scopo constituendum est, ad quem omnes huius Synodi rationes, consilia, conatus & actiones dirigendæ, ac ueluti sagittæ collimandæ essent. Ex fine enim omnes deliberationes & actiones tanquam ex suo quodam primario principio dependent. Quin Deus ipse habentibus pium salutaremq; scopum aut finem in suo conatu, propitius atq; opitulator adesse solet.

Valde enim ueremur, ne (quod etiam Lutherus non solum sæpe monuit; sed & fore, diuino Spiritu afflatus, præuidit ac prædixit) aliqui politicis consilijs & pithanologijs fascinati, & insuper ab ijs, qui à recta uia declinarunt, suasq; fœditates quacunque ratione aut iure tegere conantur, impulsi, id tantum agant & spectent, ut pal-

ut palliatiua quadam cura, & ueluti sola cutis obductio ne aut incrustatione uulnera Ecclesiæ *sanentur, & ut quoquo modo certamina sopiantur, uel silentio ac obliuione, uel etiã ambiguis formulis et cothurnis utriq; parti utcunq; conuenientibus, ut proximis annis tentatum est, uel denique confusionibus aliquibus uerarum & falsarum sententiarum magna arte picturatis atq; fucatis.* Id *enim carnaliter sapientes, iudicant summum eximiumq; bonum esse, si sit in externa societate* Ecclesiæ *qualiscunq; tranquillitas, si que quàm plurimi* Potentes *ac* Prouinciæ *externa specie sibi inuicem coniuncti esse uideantur:* Licet *interea non tantum clam in animo, sed & propalam in* Ecclesia *diuersissimas aut etiam contrarias sententias profiteantur,* Religio *contaminetur, conscientiæ illaqueentur, & gloria* Dei *uioletur, & deniq; lux ueritatis prorsus obscuretur.*

Nos *igitur contra discamus ex uerbo* Dei, *nobis ante ac super omnia mandatum esse, ut cœleste eius depositum fidelissimè custodiamus, omnesque errores & abusus tanquam uenenata* Satanæ *fermenta detestemur, ac ex* Ecclesia Dei *conscientiáque nostra quàm purissimè usque ad minimam micam expurgemus & explodamus.*

Sicut igitur & illius primi Apostolici *& postea omnium piorum conciliorum hic primarius finis aut scopus fuit, ut in controuersiæ materijs ueritatem omni studio ac diligentia inquirerent, ab erroribus accurate separa-*

rent

rent, & denique hanc omnibus amplectendam sequendamq́; perspicue proponerent ac commendarent, & contrarios errores atq; sectas refutarēt, ac publice, quo ab omnibus agnosci caueriq́; possent, anathematizarent: Ita hoc idem & in præsenti Synodo omni cura, cōsilio, ac conatu, in timore DEI *agatur. Hicq́; sit unicus finis ac meta totius huius consilij omniumq́; eius partiū, quem certaminum, dißidiorum, atq; scandalorum extirpatio ultro suaq́; sponte,* Deo *dante, consequetur.*

DE CONTROVERSIIS IN HAC SYNODO PRECIPVE TRACTANDIS.

SECVNDO CAVSAE SVNT IBI IL*læ tantum tractandæ, quæ ad publicum bonum pertinent, quæq́; antea non sunt à nostris* Ecclesijs *dijudicatæ: Cuius sententiæ multas grauesq́; rationes exponere possemus, si non breuitati studeremus.*

Nam si quis uellet eo etiam prius dijudicatas causas trahere, is et maiorum nostrorum iudicia, haud dubie è Spiritu sancto profecta, & ab Ecclesijs *nostris hactenus approbata rescinderet, &* Maiores *nostros* Zelo *pietatis rerumq́; diuinarum cognitione atq; constantia nobis longe superiores, condemnaret, cum ingenti scandalo, tanquam qui temere, req́; non satis cognita atq; perspecta de multis grauißimis causis* Religionis *pronuncia=*

nunciauerint. Confirmarentur item Sectarij, languefierent nostri, et demũ cumularetur ingens moles negotiorum, quàm ibi expediri impoßibile foret: Et *in summa sic non minuerentur, sed adaugerentur, certamina, scandala & turbæ.*

Sunt uero Controuersiæ huius temporis iam olim dijudicatæ ac damnatæ, cum primis Seruetianismus, Schuenckfeldismus, Antinomia, Error Sacramentarius, Anabaptismus & Osiandrismus.

De Seruetianismo nemo dubitauerit damnatum esse.

Schuenckfeldismus uerò condemnatus est in Confeßione Augustana *sub nomine fanaticorum, numero* V. *Item sub nomine* Donatistarum, *numero* VIII. *Damnatus est & Smalkaldiæ, tum in ipsis articulis, capite de Confeßione, tum & separato scripto, quod postea editum est.* Damnat *hunc furorem &* Vuirtembergica Re*formatio disertè ac nominatim. Item nostræ* Ecclesiæ ac Doctores, Lutherus *& alij.*

Impium Antinomorum *errorem à* Luthero *piæ memoriæ omnibusq; nostris* Ecclesijs *damnatum, & à suomet autore reuocatum esse, certo omnibus constat. Volebant uerò illi, pœnitentiam seu contritionem ex* Euan*gelio, non ex lege doceri debere.* Eodem *sane necessariò peruenient uolentes aut nolentes, scientes aut imprudentes omnes, qui definitionem* Euangelio *prædicationem pœnitentiæ attribuentem, ut propriam soli promis-*

 sioni

ILlustriss. & potentiss. Principes & alij optimates ac proceres Domini nostri Clementiss. Mirum & pene incredibile uideri posset, q̃d dominus Iesus de suis Apostolis & omnibus alijs sinceris doctoribus prędicit fore, ut omnes homines eos oderint, omneq; malũ cõtra eos dicant propter ipsum. Quid enim minus uerisimile est, quã quod omnes homines idq; mẽtis compotes, sint Christi doctores uiros innocentissimos optimeq; de toto mundo, ueritatis propagatiõe, & errorũ refutatione merentes, extremo odio habituri, omniq; criminatione ac persequutione oneraturi? Sed tamẽ hoc ipsum nõ tantũ ipsamet ueritas, filius Dei, uerumetiã ipsa experientia, cui ratio nostra plus credit, opere ipso, ac re comprobat. Monet uero simul

mul filius Dei hac ipsa prophetia o-
mnes pios gubernatores, ut cauti
sint in dãnandis aut fouendis dog-
matibus, nec temere sequant̃ furorẽ
uulgi, plerũq; crucifige crucifige cõ
tra Christũ & eius ministros, etiam
cum iudiciũ petitur et quærit̃, Quid
enim mali fecit, respondẽtis & uoci
ferantis: Sed summa diligẽtia ac in
timore Dei ad exemplũ piẽtissimo-
rum regum ac Cæsarum scripturas
scrutando, uerũ a falso, & sinceros
doctores a lupis, accurate dijudicent
ac separẽt. Nec uel uerum pro falso
dãnent, uel omnes religionis cõtro
uersias paruifacientes dicant, ut Ty
rãnus ille Valẽs per suum præfectũ
Basilio Magno obijciebat dicẽs, Li
tigas, & turbas in Ecclesia Dei, cies
de nominibus, syllabis & literulis.
Quam pientissimam cautionem &

 æquisi-

æquiſsimam moderationẽ cum nobis certo de ueſtris quoq; Illuſtriſsimis Celſitud: et human: ſpõdeamus, auſi ſumus & ante annũ ſupplicatorium libellum de Synodo & dijudicatione prẹſentium controuerſiarũ ad eas euulgare, & nunc denuo eaſdẽ repetimus adiuncta noua et manu ſcripta ſupplicatione. Quam, ut ueſtræ Illuſtriſsimæ Celſitud. benigno clemẽtiq; animo accipiant, et in timore Dei, perlegant & expendãt ſuppliciter eas oramus ac obſecramus. Ienæ 20. Ianuarij. Anno domini 1561.

V. C. & P.

Subiectiß.

Simon Muſæus D.
Matth. Fl. Illyricus.
Ioannes VVigandus.
Matthæus Iudex.

SUPPLICATIO QUORUNDAM THEOLOGORUM, QUI POST *obitum* Lutheri P. M. *corruptelis & Sectis, uoce aut scriptis contradixerunt, pro libera, Christiana, & legitima Synodo, ad Illustrissimos Principes & status omnium ordinum Augustanam Confessionem amplectentes.*

DOMINUS IESUS MATthæi 17. *Pollicetur, se suis semper affuturum præsentem, ubicunq; duo uel plures in eius nomine ac ad eius gloriam conuenerint, seq; preces eorum, prompte exauditurum, & opere ipso perfectruum esse. Ideo, quamuis ille prope sit singulis separatim eum ex animo inuocantibus, tamen multo magis efficaciusque integro cœtui in suo nomine congregato, sua præsentia, fauore, ac spiritu adest.*

Quare, & olim sancti Apostoli, et semper postea pij Doctores, in omnibus grauioribus difficultatibus, præserim autē grassantibus hæresibus, soliti sunt Concilia

aut Synodos, in eius nomine conuenientes, celebrare: Ac non raro salutaria remedia sæuientibus morbis atq; calamitatibus, auxilio Filij Dei, & ductu Spiritus sancti repererunt, dum & scripturas diligenter scrutantur, et unanimiter ac sedulo de proposita controuersia inter se se conferunt, et deniq; preces ad Dominum ardenter ac indesinenter effundunt. Inde est quod saluberrimam esse Conciliorum autoritatem D. Augustinus recepta communiq; Ecclesia sententia pronunciauit.

Cum igitur nunc quoq;, post reuelatum Antichristum, sicut et mox in primitiua Ecclesia, Satan uarios pestilentesq; errores, corruptelas, Sectas & seductores undiq; cõtra cœleste lumẽ Euangelij præsertim ad instaurationem Papatus excitet, illiq; iam impune latissimè grassentur. Nec uel eorum autores manifesto DEI uerbo cedere uelint, uel alij quidam facile persuaderi possint, illorum corruptelas tam noxias esse, quidam uero meris conuitijs, aut confictis etiam teterrimis mendacijs piè monentes hostiliter impetant, infament ac proscindant amnistiasq; flagitent, & omnino multipliciter turbæ dissensionesq; crescant: Multi boni putant aliud remedium hisce pestibus, tantisq; difficultatibus aptius adhiberi haud posse, quàm si aliqua legitima & Christiana Synodus recte sentientium Doctorum conuocaretur, quæ de præsentibus controuersijs ex diuinæ uocis norma iudicaret, easq; graui & solenni censura damnatas tolleret & aboleret

Sic

Sic sane ante hos quoq; annos protestantes in scri=pto contra Ratisponense IN*terim exhibito, clare gra=uiterq́; de discutiendis* Ecclesiæ *controuersijs hisce uer=bis pronunciarunt:* Diuinum *mandatum est (inquiunt) ut* Ecclesiæ *exorientes controuersias cognoscant, & pronuncient iuxta uerbum* DEI *recte intellectum, ut ait* Paulus, *Si quis aliud* Euangelium *docuerit, anathema sit. Hæc si tunc uerè pieq́; senserunt, atq; in tam solenni actione contestatæ sunt* Ecclesiæ *nostræ, cur non nunc quoq; iuxta id* Dei *mandatum sectas erroresq́; cogno=scimus, & anathematizamus, sed insuper ultro eis ac prodigaliter amnistias offerimus, aut etiam obtrudi=mus?* Num *id, quod tunc fuit diuinum mandatum, nunc arbitrio aut placito potentum uerti aut immutari po=test, aut debet?*

Scriptum est, nolite fieri participes alienorum pec=catorum, &, tollite malum de medio uestri, Quia *modicum fermenti totam massam inficit.* Cur *ergo, adhibita graui maturaq́; cognitione, non expurgatur istud uene=natum Satanæ fermentum, sed ultro in domo* Domini *silentio, paceq́;, in perpetuum* Ecclesiæ *& ueritatis exi=tium, ueluti ignis ad domus incendium, occulitur, inuo=luitur, & souetur?*

Q*uapropter, quandoquidem nos quoq;, quorum no=mina infrascripta sunt, semper optauimus ex animo præsentibus malis salutare aliquod remedium afferri:* Iam *longo tempore tum cupiuimus* Christianam Synodum

 fieri,

fieri, tum, uti fieret, ubicunq; recte potuimus, institimus: atq; adeo quidam nostrum etiam publicis scriptis (ut taceamus alios pios conuentionum conatus) ad Synodum prouocarunt, promittentes se ibi comparituros, et errores, quos ante, uoce ac scriptis oppugnarint, coram confutaturos, suarumq; actionum & scriptorum rationem plene prompteq; reddituros esse.

Quæ prouocationes ac petitiones quoniam hactenus graui culpa eorũ qui iudicia Ecclesiæ promouere possent ac deberent sine omni fructu irritæ fuerũt, et mala nihilo minus indies magis magisq; crescunt, & subinde latius serpunt: Visum est nobis, Principes illustrißimi V. Celsit: supplicare, easq; et alios pios status ac gubernatores propter Deum *ac publicam utilitatẽ reuerenter orare atq; obsecrare, ut, quoniam eas* Deus *non tantum potentia ac honore, sed etiam ueræ* Religionis *amplißimo thesauro eiusq; cura honorauit & onerauit: omni studio, prudentia & autoritate urgere & adniti dignentur, ut omnino primo quoq; tempore aliqua libera & Christiana Synodus rectè sentientium* Augustanæq; *confeßioni sincere adhærentium doctorum congregetur, in qua de condemnatione errorum & tollendis controuersijs serio diligenterq; & in timore* Dei *agatur.*

Ne uero quisquam de nostra uoluntate dubitet, aut etiam hanc nostram petitionem cauilletur, néue aliqua malorum arte, ut olim crebro usu uenit, non tam Concilium

lium quàm Conciliabulum, in perniciem ueritatis eiusq; Confessorum, congregetur: exponemus C. V. plenius ad exemplum imitationemq; consultationum & formularum, hactenus de hac re in actionibus cũ Pontificijs à nostris Ecclesijs conscriptarum, qualemnam Synodum fieri expetamus, & utilem Ecclesiæ Dei fore censeamus.

Non sine causa autem diligentiam hanc cautionemq; quam semper hactenus Ecclesiæ nostræ prudenter ac utiliter adhibuerunt, nunc quoq; adhibendam esse existimamus. Vidimus enim consilium superiori anno à celebri Theologo Principi cuidam, de congreganda Synodo datum & paßim per Germaniam oraculi cœlestis instar sparsum, quo suadetur, ut Principes aliqui prius concludant, quid in Synodo comprobari uelint (accepta nimirum ab ipso formula decreti) postea demum conuentum Theologorum conuocent, ut id decretum suo assensu comprobent. Quam fraudem astutamue stratagema etiam Pontifex Romanus in suis Synodis usurpare solet: ita, ut postea Episcopi in Synodo nihil aliud canant, nisi PLACET, siue id probet, siue improbet ipsorum conscientia & Dei uerbum. Quæ tyrannica impostura nequaquam est ferenda, multo minus imitanda: Nec etiam profecto Ecclesiam Dei, uel saltem sanæ honestæq; mentis homines decet.

Hanc nihilominus nostram piæ atq; salutaris Synodi eiusq; conditionum, ex uerbo Dei (ut nos quidem sentimus) sumptam descriptionem, non ita proponimus,

aut mordicus etiam retinemus, tanquam qui uel nos solos sapere, uel ius de tantis rebus, spretis alijs, statuendi habere sentiamus: Sed tantum pio & pro ueritatis incolumitate solicito animo sententiam nostram Celsitudini V. alijsq; statibus indicamus, & ad deliberandum proponimus: parati alijs ex uerbo Dei, *aut hæc corrigentibus, aut alia meliora, reiectis hisce, proponentibus cedere, obsequi, ac obtemperare: atq; ita non nostram aut etiam aliorum hominum, sed* Dei *solius una cum alijs sententiam uoluntatemq; in re tanta sequi atq; exequi.*

SVNT *uero in hac consideratione, nostro quidem iudicio, quatuor potissimum quæstiones explicandæ, quæ ubi euolutæ fuerint, omnia maxime necessaria complectentur explicateq; proponent.*

I.

Quis nam proprius ac primarius scopus, finis, aut usus huius Synodi esse debeat.

II.

Quæ controuersiæ primum ac precipuè ibi tractandæ sint.

III.

Quinam Doctores *aut personæ ad eam conuocari debeant.*

IIII.

Quo ordine & qua forma processus causæ proponendæ, cognoscendæ, dijudicandæ, concludendæ, ac demum exequendæ sint.

Ante

Ante omnia uero de loco Synodi quoquomodo V. Celsitudo aliiq; status (quorum maior quam Theologorum in hac re est habenda ratio) pro suo commodo deliberabunt. Illud certe obseruari debebit, ut medius aliquis locus deligatur, quo, & quæ ad mare Balticum, in Prußia, aut etiam in Dania sunt Ecclesiæ, & quæ sunt in Suecia, suos eo commode mittere poßint.

De aliis uero loci commoditatibus, & præsertim, ut sit tutus personis & causæ ueritatis, nihil iam dicemus. Hoc enim etiam sine nostra admonitione ius ipsum causæq; extrema flagitat neceßitas, Sicut & illud, ut conuenturis Theologis sumptus & saluus conductus, seu fides pulbica præstetur.

Illud quoq; uel maxime & ante omnia alia dici atq; deberet, cum ne minima quidem negotia, nedũ longe maxima sine ope atq; diuino auxilio singulari, effici utiliter queant, & nusquam non Satan et mali homines bonis atque piis conatibus improbe sese obiiciant, omniaq; mille technis inuoluant & implicent, ut statim initio ac primo quoque tempore mandetur paßim Concionatoribus,(tametsi id boni suamet sponte facient) ut excitent auditores ad aßiduas ardentesq; preces pro hac Synodo, quibus id à cœlesti illo Patre atque unico bonorum omnium fonte propter Filium eius petatur, ut ille huic Synodo interesse, imo præesse, omnia regere, agere, eoq; remotis omnibus obstaculis tandem dirigere uelit, ut ueritas repurgata consistat, ab omnibus agnoscatur

tur accipiatur & approbetur: Et econtra omnes errores, corruptelæ, & pertinaces Seductores ex Ecclesia; quæ est esseq; debet Columna ueritatis & impolluta Sponsa Christi, explodantur & in omnem æternitatem anathematizarentur: Quo illustrata ueritate, sublatisq; corruptelis controuersijs & scandalis nomen eius recte sanctificetur, eius Regnum amplietur ac inualescat, & ubiq; ipsius, non Satanæ, ac malorum hominum uoluntas fiat.

DE PRIMARIO FINE, AUT SCOPO SYNODI.

PRIMUM IGITUR DE FINE, USU, & Scopo constituendum est, ad quem omnes huius Synodi rationes, consilia, conatus & actiones dirigendæ, ac ueluti sagittæ collimandæ essent. Ex fine enim omnes deliberationes & actiones tanquam ex suo quodam primario principio dependent. Quin Deus ipse habentibus pium salutaremq; scopum aut finem in suo conatu, propitius atq; opitulator adesse solet.

Valde enim ueremur, ne (quod etiam Lutherus non solum sæpe monuit, sed & fore, diuino Spiritu afflatus, præuidit ac prædixit) aliqui politicis consilijs & pithanologijs fascinati, & insuper ab ijs, qui à recta uia declinarunt, suasq; fœditates quacunque ratione aut iure tegere conantur, impulsi, id tantum agant & spectent, ut pal-

ut palliatiua quadam cura, & ueluti sola cutis obductio ne aut incrustatione uulnera Ecclesiæ sanentur, & ut quoquo modo certamina sopiantur, uel silentio ac obliuione, uel etiã ambiguis formulis et cothurnis utriq; parti utcunq; conuenientibus, ut proximis annis tentatum est, uel denique confusionibus aliquibus uerarum & falsarum sententiarum magna arte picturatis atq; fucatis. Id enim carnaliter sapientes, iudicant summum eximiumq; bonum esse, si sit in externa societate Ecclesiæ qualiscunq; tranquillitas, si que quàm plurimi Potentes ac Prouinciæ externa specie sibi inuicem coniuncti esse uideantur: Licet interea non tantum clam in animo, sed & propalam in Ecclesia diuersissimas aut etiam contrarias sententias profiteantur, Religio contaminetur, conscientiæ illaqueentur, & gloria Dei uioletur, & deniq; lux ueritatis prorsus obscuretur.

Nos igitur contra discamus ex uerbo Dei, nobis ante ac super omnia mandatum esse, ut cœleste eius depositum fidelissimè custodiamus, omnesque errores & abusus tanquam uenenata Satanæ fermenta detestemur, ac ex Ecclesia Dei conscientiáque nostra quàm purissimè usque ad minimam micam expurgemus & explodamus.

Sicut igitur & illius primi Apostolici & postea omnium piorum conciliorum hic primarius finis, aut scopus fuit, ut in controuersiæ materijs ueritatem omni studio ac diligentia inquirerent, ab erroribus accurate separarent

nunciauerint. Confirmarentur item Sectarij, languefierent nostri, et demũ cumularetur ingens moles negotiorum, quàm ibi expediri impoßibile foret: Et *in summa sic non minuerentur, sed adaugerentur, certamina, scandala & turbæ.*

Sunt uero Controuersiæ huius temporis iam olim dijudicatæ ac damnatæ, cum primis Seruetianismus, Schuenckfeldismus, Antinomia, Error Sacramentarius, Anabaptismus & Osiandrismus.

De Seruetianismo nemo dubitauerit damnatum esse.

Schuenckfeldismus uerò condemnatus est in Confeßione Augustana sub nomine fanaticorum, numero V. *Item sub nomine Donatistarum, numero* VIII. *Damnatus est & Smalkaldiæ, tum in ipsis articulis, capite de Confeßione, tum & separato scripto, quod postea editum est. Damnat hunc furorem & Vuirtembergica Reformatio disertè ac nominatim. Item nostræ Ecclesiæ ac Doctores, Lutherus & alij.*

Impium Antinomorum errorem à Luthero piæ memoriæ omnibusq́; nostris Ecclesijs damnatum, & à suomet autore reuocatum esse, certò omnibus constat. Volebant uerò illi, pœnitentiam seu contritionem ex Euangelio, non ex lege doceri debere. Eodem sane necessariò peruenient uolentes aut nolentes, scientes aut imprudentes omnes, qui definitionem Euangelio prædicationem pœnitentiæ attribuentem, ut propriam soli promis-

ſioni Gratiæ, defendunt. Quare & ea res certo explicanda & definienda eſt.

Anabaptiſmum eſſe damnatum, in Confeßione Auguſtana, non ſemel ſed ſæpius, nemo ignorat, qui eam uel obiter inſpexit: præſertim ac nominatim habetur de eo, numero V. IX. XI. XVI. &c.

Sacramentarium errorem etiam damnatum eſſe inde apparet, quòd illi, qui tum eam opinionem ſequebantur Auguſtanæ Confeßioni, tanquã ſibi aduerſæ, in comitijs Auguſtanis, Anno XXX. ſubſcribere noluerũt: quòdq; uerè in cœna exhiberi corpus Chriſti in ea Confeßione dicitur, cum Cingliani tantum typicè, ſignificatiuè, & Metonymicè contendant. Item, quod in eadem eodemq; capite in prioribus & præſentibus quoq; non deprauatis æditionibus diſerte fuit adiectum, Et damnant contraria docentes. Qua appendice non poßis alios intelligere aut etiam ſomniare, quàm Sacramentarios, de quibus etiam noſtræ Eccleſiæ ſemper eam particulam intellexerunt.

Apologia porrò etiam clarius eundem errorem damnauit. Dicit enim, totam Eccleſiam Græcam & Latinã ſenſiſſe, quòd Chriſtus adſit in cœna uerè, corporaliter, & ſubſtantialiter. Damnatus eſt hic error etiã in Smalkaldicis articulis, ubi breuiter & dilucide noſtrarũ Eccleſiarum doctrina refertur, & clarè dicitur quòd etiã indigni corpus & ſanguinem Domini percipiant.

Ab omnibus alioqui hiſce Eccleſijs, præſertim autem

à Lu-

à Luthero, piæ memoriæ, publicis scriptis, & passim à Concionatoribus totius Germaniæ, quæ cis Rhenū est, damnatū esse, omnibus constat. Damnauit eum etiā Bucerus publica Reuocatione, ore ac Scripto facta. Damnatus est & in ordinatione Vuirtebergensi. Damnatus est in formula concordiæ Vuitebergæ factæ inter Lutherum & Concionatores superioris Germaniæ. Cuius formulæ quidam in subscriptionibus Smalkaldicorū Articulorum mentionem faciunt. Deniq; in publicis etiam comitijs Imperij aliquoties sunt communi consensu utriusq; partis, omniumq; Statuū damnatæ tres istæ Sectæ, Anabaptistica, Schuuenckfeldica & Sacramentaria.

Quòd si qui nunc sunt, qui dicant, se non cum Cinglio sentire, nec tamen nostram sententiam in hac sola re cōprobare posse, ij, cum damnauerint diserte nobiscum errores illius à Luthero p. m. Augustana Confessione, Apologia & Smalkaldicis articulis condemnatos, nobisq; in alijs omnibus sese adiunctos profitebuntur: audiantur, & opinio eorum dijudicetur.

Osiandrismū quoq; inter dānatas Sectas meritò cēseri debere, manifestū est. Dānatus enim est legitimè ac ordinariè, petēte eius loci, in quo error hic exortus est, Principe, de Osiādri cōsensu, iudicia à Prutenica eccle: à Dātiscana, Pomerana, Mechelburgēsi, Saxonicis, Brunsuicēsi, Magdeburgica, à Marchiticis, quæ sunt sub utroq; Principe, à Vuitebergēsi et Lipsica. Item ab ijs, quæ tūc sub Augusto Prin: fuerūt, à Thuringica, Norica et Vuir

Gott gilt/werde ehn zuthun des Gesetzes geoffenbaret/Vnd hernach der mensch werde gerecht/one des Gesetzes werck/allein durch den glauben zuuerstehen sey/NICHT von der WESENTLICHEN Gerechtigkeit Gottes/die Gott selbs ist/Sondern von der VERZEIHVNG der Sünden/vnd von dem GEHORSAM vnd der Gerechtigkeit Christi/MIT welcher Gerechtigkeit er das Gesetz/vnd Gottes willen gnug GETHAN/Welche Gerechtigkeit auch Gott/so wir an Christum gleuben/vns zurechnet/das wir vns derselbē/als vnsers von Gott geschenckten eigen guts für Gottes gericht vertrösten sollen/etc.

Item, Aber darin thut OSIANDER/vnsers bedenckens DER SACHEN ZV VIEL/Das er die Schrifft des heiligē Apostels Pauli zu den Römern/vnd fürnemlich die wort/*Iustitia* DEI & *Iustificari* in dem ersten vñ dritten Capitel ANDERS deutet/denn die HEVPTSACHE der Disputation Pauli auff jm TREGT/vnd wil mit denselben Sprüchen vnd dergleichen seine meinung bestetigen etc

Aber des Osianders widerpart hat in diesem recht/das sie FEST helt ob dem RECHTEN VERSTANDE der wörter vnd Sprüchen Pauli Rom. i. vnd iij. *Iusticia* DEI & *Iustificari*/Denn *Iustitia* DEI heist an den bemelten orten Pauli/nicht die WESENTLICHE Gerechtigkeit Gottes/Sondern die Gerechtigkeit/DIE FVR Gott GILT (das ist)die VERZEIHVNG der Sünden/Die der

HErr Christus mit seinem gehorsam erworben hat/ Vnd *Iustificari* heist daselbs/ nicht wesenlich gerecht werden/ Sondern von den Sünden absoluirt vnd ledig gezelt/auch für Gerecht von wegē des gehorsams Christi für Gott gehalten werden/etc.

Item. Wenn man aber das wort(gerecht werdē) verstehē wil nach der LERE Pauli zu dē Römern für die verzeihung der Sündē/die wir durch den glauben anChristū haben/So ist es NICHT RECHT geredt/das wir GERECHT werden durch die WESENTLICHE Gerechtigkeit Gottes/sondern wir werden gerecht/das ist/wir empfahen die Verzeihung der Sündē durch den gehorsam Christi/ durch das leiden vnd Todt Christi. Denn nicht die WESENTLICHE Gerechtigkeit Gottes/sondern Jesus Christus warer Gott vñ Mensch ist für vnser Sünde gestorben/Vñ auff diesen verstād wird die LERE PAVLI zun Römern vnd dergleichē locis von den WIDERSACHERN Osiandri RECHT vnd CHRISTLICH verteidigt.

Hic clarè & expressè audimus Vuirtembergicum iudicium asserere, quod Paulus eo loco, quo potißimum iusticiam,qua peccator iustificatur, describit et depingit, non cum Osiandro, aut eius doctrina de substantiali iusticia consentiat,sed potius cum aduersarijs eius. Vnd das nicht RECHT gered sey/wir werden gerecht durch die WESENTLICHE gerechtigkeit/wie Osiander gelerett.

Igitur

Igitur facile, & sine ulla hæsitatione, aut contradictio ne hisce adijcietur, porrò, quod ipsemet Paulus præcipit, nempe, quod is, qui aliter quàm selectum Dei *organon* Paulus *doceat, præsertim in summo Iustificationis* Articulo, *ut* Osiander *fecit, esse debeat* Anathema Maranatha, *id est extrema maledictio.*

Nec est, quòd quis dicat, agi in hac censura de solo abusu testimonij Paulini *Non ita est. Totum certamen potißimum in eo situm est,* An Paulus *describens, iustitiam* Peccatoris, Rom. 1. 3. *&* 4. *asserat, nos substantiali* Dei *iusticia, ut uoluit* Osiander, *aut remißione peccatorũ, meritò* Christi *parta, iustificari, ut eius* Aduersarij *nostræq; omnes* Ecclesiæ *sentiunt. Qui ibi uicit, ille penitus uicit.* Nam *ibi est principalis locus aut sedes totius* Pauli, *quod ad imputatiuam iustitiam attinet.* Ac *prorsus talis ratio est, ac si diceremus, totum certamen de re Sacramẽtaria esse,* An *uerba cœnæ hoc uel illo modo, propriè aut figuratè intelligi debeant.*

Nos *haurimus doctrinam nostram ex fontibus* Israel. *Si quis principales fontes materiarum perturbat aut corrumpit, ille etiam ipsa flumina conturbat.* Proinde *cum* Vuirtembergicum *iudicium testetur,* Paulum *in suo primario fonte, aut principali descriptione iusticiæ ac iustificationis ab aduersarijs* Osiandri *rectè intelligi ac defendi: Contrà uerò ab ipso* Osiandro *malè peruerti,* Necessariò Osiander *ab eis, ut aduersarius* Paulinæ *doctrinæ condemnatur.*

pi in primam ad Timotheum. Et denique fuit postea sem per à nostris Ecclesijs proscriptus. Hi inquam errores et si ipsi quoque iam antea fuerunt proscripti: tamen solen nem damnationem requirunt, Quia id aliquibus non adeo solenniter aut legitime factum esse uidetur: Adhæc quia in proxima persequutione reuixerunt, deque his Papistæ maxime gloriantur, & quasi præparatio sunt et introductio ad totum Papatum, atque adeo præcipua & pene unica causa, cur Papistæ iam maiori superbia, fiducia, uiolentiaq; urgent extirpationem Euāgelicæ do ctrinæ, & restitutionem Papatus. Ideoq; Ecclesijs no stris etiam in posterum maxime oberunt: Eis sane non sublatis & condemnatis nec unanimiter, nec secure, nec feliciter contra Papistas pugnari potest. Quid enim pro dest foris Papatum oppugnare, & in corde aut meditul lio Religionis ac Ecclesiæ nostræ eum pati reuiuiscere ac reflorere, & istis equum Troianum in ciuitatem Domini inducentibus conuiuere aut etiam applaudere? Quapropter repetatur sane de eis iudicium.

Hisce igitur tribus controuersijs discutiendis potissimum primoq; loco in proposita Synodo omni cura incumbatur.

Quod si hisce bene cognitis ac discußis tantum ad huc temporis & pacis supererit, et Principibus ac Theologis insumere libuerit, agatur sane et de alijs rebus, ut de Ecclesiæ politia, iudicijs, ac disciplina: De ira DEI ac pœnis imminentibus: De tetrioribus ac magis ingruen-

tibus sceleribus & alijs, quæ fortè alij utilia proponēt. Ita tamen, ut ad publicum bonum spectent, non sint priuatæ lites, quæ à suis Magistratibus, Superattendentibus, & Consistorijs dirimi possunt.

Quòd si uel Adiaphoristæ, uel alij queri uolent de acerbitate, aut iniurijs aliquorum, liceat & alijs uicissim (ut æquissimū est) eodem iure contra eos experiri.

Ingens profectò ac fœda licentia est, nunc quiduis blaterandi, confingendi, & publicis scriptis, sine uero authoris nomine, spargendi de Doctoribus*, idq́; in rebus ac criminibus nihil prorsus ad* Religionis *puritatem, & de ea disputatione pertinentibus.* De *qua erit in tali Synodo serio ac grauiter agendum, tum ut ista propudiosa ac plus quàm scurrilis uanitas eorum, qui hactenus hoc flagitij genere in doctorum famam & uitam, nō sine horrendis scandalis, in* Ecclesia *sunt grassati, puniantur: tum, ut et in posterum tam detestanda pestis caueatur.*

Nam *sicut libertas non uulgaris sanis* Doctoribus *concedi debet, in disputando ore, ac scriptis, de* Religionis *controuersijs, quia id &* Dei *mandatum, &* Ecclesiæ *necessitas postulat, ita contra nullo modo ferendum est, ut ea degeneret in scurrilem maledicentiam, ubi omissa causæ ipsius tractatione, ad priuatorum probrorum enumerationem aut obiectionem, meraq́; conuicia more scortorum aut ebriorum rusticorum deueniatur. Quæ disputandi ratio iam à quibusdam in publicis*

scri-

ſcriptis, ſine uero nomine, manifeſta forma famoſi libelli adhiberi ſolet: tametſi hoc ſcelus tam craſſum ſit, ut uel Ethnicus Magiſtratus, id dijudicare ac punire poßit ac debeat, nedum id Chriſtianus gubernator facere deberet, ſi quid omnino ſanæ mentis ac iuſticiæ ei ſupereſſet.

Nec recuſamus quoq; in tali conuentu omnium noſtrarum actionum, ſcriptionum, & Sententiarum rationem reddere, modò ut eadem ac par ſit etiam aliorum conditio aut obligatio. Neq; enim defugimus iudicia Eccleſiæ, aut (ut quidam falſo blaterant) de omnibus iudicare uolumus, & neminem audire, aut à nemine iudicari. Quin potius, quæ hactenus de Adiaphoriſtis & alijs ſeductoribus ſcriptis affirmauimus, ibi coram uoce probaturi, Deo iuuante, ſumus.

Cæterum quod ſuprà diximus de controuerſiis, iam olim ritè diiudicatis & damnatis, ne iterum in integrum reſtituantur, néue iudicia de eis iterentur, ſed potius prius à noſtris Eccleſiis ac Maioribus facta, confirmentur. Hoc propter cauſas ſuprà indicatas, & aliàs erit neceſſe omnino obſeruare.

Verùm; quia Petrus præcipit, ut ſimus parati reddere fidei noſtræ rationē omni poſtulanti, Ideo, ſi poſt alia transacta, prædictæ Sectæ omninò flagitauerint, ſibi rationem reddi de pridem factis condemnationibus ipſorum, exponantur ſanè eis plenè, ne præter alia glorientur etiam, nos diffiſos de cauſa, lucem cōgreſſumq;

tum ex ijs, qui sunt Augustanæ Confessionis, ideo Papistæ Sectarijq; omnes, quorum errores legitime prius, ut dictum est, condemnati sunt, inde summa grauitate diligentiáq; excludantur: Ne ipsa confusio diuersarum sectarum Babylonicam quandam rerum & actionum perturbationem pariat.

Tertio, Nemo in eam recipiatur siue sit pollicitus siue Ecclesiasticus, nisi qui prius ibi serio & diserte profiteatur, se probare ac recipere Confessionem Augustanam, eius Apologiam & Smalkaldicos articulos. Item qui consentiant in prædictarum Sectarum iam olim factam damnationem.

Quarto. Nemo à Principibus admittatur ulla ratione, siue pro Iudice, reo, aut actore ad hanc Synodum, nisi qui iuret, se syncere & ex animo ibi ueritatem, iuxta normam uerbi Dei, trium Symbolorum, Augustanæ Confessionis, Apologiæ, & Smalkaldicorum articulorum, promoturum, omnes errores & eorum autores ac patronos pertinaces oppugnaturum, Et denique uerum spiritualeq; commodum Ecclesiæ quæsiturum.

Quinto. Singulos homines eo uocandos nominare nec possumus, ne forte debemus. Sed tamen actores, & rei principaliores harum trium controuersiarum necessario uocari deberent. Item omnes Theologi ac concionatores, qui in persecutione & alijs difficultatibus Dei gratia constantes permanserunt, & qui ardenti zelo ac pietate, & spirituali quadam cognitione sacrarum literarum

rarum

rarum & alijs donis, præsertim ad dignoscendos spiritus & doctrinas utilibus diuinitus sunt ornati.

Nec hic respiciatur, an sit doctor, Superintendens, Pastor aut Diaconus, Præceptor aut discipulus. Ex quibus circumstantijs spiritus ac dona Dei non pendent.

Eadem ratio deberet quoq; Politicorum esse, qui Synodo admiscebuntur.

Vltimo. Cauendum igitur erit in conuocandis idoneis personis ad Synodum, ne qui inutilem turbam ambitione quadam, aut studio uincendi numero, congerat, néue ob potentiam ciuitatis uel Principis, uel ob autoritatem & tumorem uariæ, aut philosophicæ eruditionis plures aggregentur, neglectis alijs uere pijs, constantibus, ac sanæ doctrinæ synceri iudicij serijq; zeli doctoribus et Confessoribus, Et policitus honor aut dignitas, non uera ac spiritualia dona respiciantur.

DE FORMA SYNODI

AVT MODO IN EA DISPVTANdi & procedendi.

QVARTVM CAPVT EST DE FORma *totius actionis ab initio usq; ad finē. Quæ cum multiplex sit, non facile est eam circumscribere. Hic uerò res maximi momēti agitur, summaq; est prudentia aduigilandum. Non enim omnino male, etiam Luthero teste, D. Gregorius cognomento Theologus*

gius queritur, plerumq́; synodorum exitus esse infelices. Quia nimia sit Doctorum philonikia & philarchia, rixositas, & dominandi cupiditas.

Hoc sanè tempore, si unquam alias, duo summa eaq́; contraria mala, nempe, tyrannicus fastus quorundam doctorum & seruilis prosopolepsia aliorum mira concordia in Ecclesia Dei, prorsus, ut olim in Papatu grassantur, ac ingens damnum ueritati ac Religioni dant.

Alij enim doctores adeo quodam Regio spiritu tument, ut quidlibet pro arbitrio agere, dicere, ac docere ausint: Alij cõtra tam seruili prosopolepsia fascinati iacent, ut nihil non ab illis eximijs dictum uel sine omni dijudicatione, uel etiam contra conscientiam comprobent. Quæ duo ingentia mala si non caueantur, plurimum periculi sunt in Synodo ueritati allatura.

Vt igitur eis aliquo modo obuietur, ac resistatur, dicendum est de quibusdam regulis, nostro iudicio, ueritati utilibus, quæ nobis iam incidunt. De alijs proculdubio alij sapientiores monebunt, & de aliquibus forte in re præsenti de communi consensu deliberabitur & statuetur: Tametsi de omnibus prius statui multò tutius commodiusq́; foret.

Primum Tota actio, omnesq́; eius partes eò directa atq́; ita formata sit, ut ad ueritatis conseruationem, errorũ extirpationẽ, gloriam Dei, et publicam utilitatẽ spectet, et referatur. Hic enim primarius finis ac scopus totius huius Synodi, ut suprà est dictum, esse deberet.

tur, & quorundam importunitas, ambitio, et imperiositas reprimeretur, omniaq; tanto magis ordine iustè, modestè ac piè agerentur. Et denique, *quò ipsi audita utraque parte suis non alienis auribus, tanto certiores essent, quidnam uerum aut falsum, in istis controuersijs esset, eoque rectius & securius pronunciare, ac exequi, quæ iusta piaq; sunt in suo* Regimine *ac* Regione *possent.*

Sexto. Norma *iudicij sit in iure, seu quatenus de facti aut sententiæ qualitate disputatur,* Verbum DEI, *tria* Symbola, Confeßio Augustana, Apologia, & Smalkaldici Articuli. *Aliquid ualeant, & primitiuæ* Ecclesiæ Concilia, *aliaq; piorum hominum scripta ac sententiæ:* Non *tamen tantum, ut ullo modo cum uerbo* Dei *comparentur.* Lutheri *nihilominus constans & perpetua sententia, tanquam electi organi* Dei *ad instaurandum* Euangelium *diuinitus hoc tempore excitati, seu ultimi* Eliæ, *plus alijs ualeat.*

Septimo. In Synodis olim plerunque ita factitatum esse uidetur, ut proposita quæstione, mox omnes Patres *ordine de ea consulerentur, quidnam singuli sentirent. Vtilius uerò longe futurum existimamus; si mox, post propositionem, disputatio accurata, ex uerbo* Dei, *de proposita* Controuersia, *inter actores & reos, dialectica potius ratione quàm* Rhetorica, *institueretur. Quæ ita piè, & solerter quæstio examinaretur; ut uerbum* Dei *conuincens & constringens errantem, omnibus*

militer infamati, ex charitate credendum est, eos bono Dei Spiritu agi. Contrarium iudicium est de reis tot errorum nomine constanter non ab uno tantum aut altero, sed & publico rumore infamatis.

Adhæc, cum nunc inter reos ueniant uiri non uulgares, quorum gratia ac fœda prosopolepsia innumeri dementati sunt, quod propalam est, & à nemine potest negari: Contra uerò oppugnatores Sectarij à plurimis odio habeantur, ut solet ueritatem dicentibus accidere, & olim Prophetis, Christo & Apostolis, atq; Patribus præcipuis accidit. Ideo meritò tali æquitate ipsi, causæq; Religionis subleuandæ sunt.

Deniq;, cum non tantum Doctores, sed & omnes omnino homines, ueræ pietatis amantes, erroribus resistere, & quàm primum Seductorem aliquem cognouerint, cum pro Anathemate habere teneantur: Cumq; plerunq; pauciores sint boni, synceri, intelligentes, & constantes Doctores; fit (cuius rei & in primitiua Ecclesia habemus exempla) ut aliquando pleriq; omnes boni oppugnent Sectas ante Synodum, ut uerbi gratia, nunc Seruetum, Schuenkfeldium, Osiandrum. Qui si omnes excluderentur, relinqueretur iudicium de grauißimis causis Ecclesiæ in manu ac potestate indoctiorum, frigidorum, aut etiam malorum, canum mutorum & hypocritarum. Vnde porrò manifestus interitus expectandus ueritati esset.

Nono. In hac cognitione nequaquam ualeant illæ

iuridicæ regulæ, Iura uigilantibus ſubueniunt: et, Iudex debet tantum iudicare ſecundum dicta et allegata. Non enim æquum eſt, ſomnolentiam, uel donorum tenuitatem illorum, qui cauſas Religionis agunt in Chriſtiana Synodo, ueritati detrimento eſſe. Quare uon tātum ius ac fas ſit iudicibus percontari quæ uolunt, ſed etiam teneantur quærere de omnibus ad cognitionem neceſſarijs, ab utraq; parte, & monere alterutram partē, ubinam eorum actio obſcura eſſe, aut claudicare, & nondum ſatis probationum habere uideatur.

Obligentur etiam iudices ſe inuicem inſtruere, ſi cui forte quid fuerit notius, magiſq; perſpicuum, quàm alijs. Quò in timore Dei (ut in piorum cœtu conuenit) omni ſtudio, ui ac ratione ueritas piarum ſententiarum, & fœditas errorum in lucem producatur, poßitq; uerum retineri, & falſum condemnari.

Decimo. In agenda quoque cauſa, aut in Diſputationibus, poſt propoſitam propoſitionem, non recitentur integræ orationes, aut declamationes, ut plerumq; fieri ſolet: Sed tantum unum, aut ad ſummum duo argumenta aut teſtimonia, idq; quàm breuißimo, ſimplicißimo, maximeq; proprio ſermone, penè dialecticè: a quibus porro non liceat diſcedere ad alia, priusquam illa fuerint liquidò explicata, uel confirmata uel refutata.

Hoc enim multò eſt aptius ad ueritatem inquirendam, ſingula uidelicet argumenta ſimplici ſermone breuiter.

uterq; recitata ordine examinare, quàm multa congerere, confundere, & eadem subinde repetere, nec quicquam satis discutere, ut fermè in Lipsica Disputatione, fraude Aduersariorum, nequicquam querente Luthero, sub initium instaurati Euangelij, factum est.

Hoc enim modo lentè cauteq; festinando ac progrediendo, tandem ope Christi intra aliquas angustias falsæ sententiæ concluderentur, manifesteq; uanitatis conuincerentur, & seductor ueluti anguilla, aut etiam tortuosus serpens, tanquam forcipe comprehenderetur ac constringeretur. Quare ista lenta festinatio & certius & citius rem expediet, quàm illa aliorum præcipitatus cursus.

Vndecimo. Quia porrò hic non est Epidicticum seu ostentatorium certamen de laude ingenij, eruditionis, memoriæ, aut eloquentiæ, sed de inquisitione ueritatis, detur singulis sufficiens tempus agendi, cogitandi, & loquendi: liceat etiam utriq; parti, cum ei uidetur, resq; postulat, petere mediocre spacium expendendi, aliquod grauius, aut obscurius argumentum, aut rationes Aduersarij, cōsulere libros & alijs subsidijs imbecillitatis humanæ uti, modò non sit astuta & subdola tergiuersatio, procrastinatio ac temporis extractio. Quas qui malas causas habent, cupidè sectari solent: Liceat & quoscunq; uolunt consulere. Quandoquidem omnes promouere ueritatem tenentur, siue iudices, siue alij.

Duodecimo. Teneatur etiam utraq; pars alteri simul & iudicibus semper scripto quoq; sua argumenta simplici ac perspicuo(ut dictum est)sermone breuiterq; proponere,ut tanto certius eorum rationes ab omnibus complecti ac expendi queant.

Decimotertio. Vtile esset etiam eos,qui potißimum delecti erunt ad iudicandum & pronunciandum, ante omnia perlegere ac expendere Scripta publica,saltem potiora,utriusq; partis in prædictis Controuersijs, quò instructi causæ cognitione uenirent,nec ibi tantum temporis eos frustra conterere necesse esset.

Decimoquarto. Quoniam etiam in Adiaphorismo magna causæ pars pendet ex facti certitudine, Ideo liceat quoq; uiuos testes citare quibus de talibus actionibus aut rebus certo constet,etiamsi in medio iudicum sedeant,aut alioqui aliorum subditi ministriue sint. Idq; eis fraudi nequaquam apud suos Principes esse debeat.

Decimoquinto.Si rei errorum,causas suas in hac Synodo pertinaciter tueri uolent,ac conuicti fuerint,expectent etiã censuras Ecclesiæ usitatas.Sed si ultro cedere & una nobiscũ errores et scripta eos cõtinentia diserte ac publice dãnare uolent,contẽti sane esse uolumus, ut eorũ personis Amnistia cõcedatur,nec diserte reuocare cogãtur(licet id quoq;sit cõtra ueteris Ecclesiæ piã seueritatẽ et causæ magnitudinẽ.)Ne uideamur de quoquam superbos triumphos quærere,aut etiam publicam concordiam, cuius cupidißimi sumus,perniciose remorari.

Decio

Decimosexto. Vt uero hinc absint omnia scommata, suggillationes, subsannationes, cõuitia, acerbitas, importunitas, et omnia maledicta, quibus quidam nimium regaliter, aut tyrannice potius abuti, & alios minoris autoritatis premere, exagitare, & ueluti pedibus conculcare ac opprimere solent, monitione inter Theologos et Christianos uix opus esse deberet, adeo per sese hæ res petitione suæ iustæ notæq; sunt etiam imperitissimis, utpote, quæ ad ipsum ius gentium pertineant. Certè id omni studio agendum est, ut, sicut supra Basilium dicentẽ audiuimus, ἔλεγχος ἢ δ' γινόμενος, καὶ μὴ λοιδορία

Decimo septimo. Vocem decisiuam meritò solus Christus, quem unicum Magistrum à cœlesti Patre audire iussi sumus, eiusq; uerbum habere debet, si Christiana Synodus uocanda est, ita ut uni aut duobus perspicuum Dei uerbum afferentibus magis credendum sit, quàm alijs omnibus, sicut id Protestantes status in recusatione Tridentinæ Synodi copiose declararunt, & olim in Nicena Synodo, S. Paphnutio pro coniugio Sacerdotum dicente, piè factum est. Recitabimus hic etiam memorabilia uerba prædictæ Recusationis hac de re.

Denn in einem Christlichen Concilio sol Christus vnd sein heiliges Wort allein *uocem decisiuam* haben, das ist, alle ding nach dem Wort Gottes, vnd der heiligen Schrifft, vnd gar nicht nach menschlichen vñ Bepstlichen satzungen oder gut bedüncken, so

dem Wort Gottes zu wider/weren/frey in gemein/ vnd von der ganzen Kirchen/niemand ausgeschieden/fürgenomen/erwogen/vnd erörtet/die Warheit handgehabt / die Lügen vnd alle falsche verfürische vnd Antichristische lere vnd misbreuch frey offentlich gestrafft / vnd zu gebürlicher besserung gebracht werden. Vnd solchs der gestalt/ das auch einer oder zweene/ die jre meinung mit gewissem wort Gottes erweisen/mehr gelten sollen/denn die andern alle/die jre meinungen mit Gottes klaren vñ vnzweiveligem Wort nicht können beibringen oder erhalten/ Wie denn solches bey den Aposteln / als Act v. zusehen/ Auch folgends im Concilio Niceno/mit dem Paphnutio/vnd anderen Christlichen Concilien/geschehē. Denn dem ewigen Göttlichem Wort sollen billich alle menschliche satzungen vnd fünde weichen. Vnd darümb komen auch in einem Christlichen Concilio viel leute zusamen/nicht das sie in Gottes vnd Glaubenssachen ein mehrers sollen machen/Sondern darumb / ob vnter vielen Leuten etliche gefunden würden/die den befehl vnd Lere Christi/vber die sachen / so man handelt / eigentlich wissen/ vnd mit heiliger Schrifft lauter vnd klar darthun köndten/ das man dieselben vnd den rechten Leremeister Christum hören/vnd sonst niemands/wenn der gleich so viel/als des sandes im Meer weren/folgen solle/etc.

Decimo octauo. Omnia Synodi acta,præsertim autem decreta, aut formulæ seu articuli claro , proprio, et apto sermone,citra omnem ambiguitatem,exponātur,& tum affirmatiue tum negatiue,theses, hypothe-

ses,

ses, & antitheses ponantur, explicceturq; disertè, quid uel uerum, uel falsum, uel bonum, uel malum, uel sequendum uel fugiendum esse Synodus decernat. Nam isti cothurni ambiguarum, generalium, & obscurarum formularum, qui iam in usu esse in Religione quoq; incipiunt, cum nec in politia quidem ab honestis hominibus ferantur, aut ferri debeant, tum DEVM contumelia afficiunt, tum ueritatem cum errore commiscent, cõscientias implicant & illaqueant, et denique maiora ac tristiora dißidia, scandala, ruinasq; in Ecclesia subinde pariunt ac parient in omnem posteritatem.

Decimo nono. De fine scopòue Synodi suprà in prima quæstione dictum est. Id igitur ipsum iam in exitu Synodi, summa fide ac diligentia præstetur, ut scilicet ueritas in hac Synodo quæsita ac explicata, ueluti argẽtum septies repurgatum, & ab omnibus scorijs mundatum, aut ueluti lumen accensum, in illustri loco ponatur, totiq; Ecclesiæ Dei publico decreto commendetur. Et contra errores, tanquam immundæ quædam scoriæ, aut potius uenenatæ feces ac fermenta Satanæ, pro palam expurgentur, explodantur, & in perpetuum, ut ab omnibus uitari poßint, publicè anathematizentur.

Vigesimo. Sunt & aliæ conditiones piæ Synodi olim sæpius Papistis à nostris propositæ, ut de obligatione decretorum Synodi & alijs, quæ etiam in tali Synodo meritò obseruari deberent.

Vigesimo primo. Agantur igitur omnia sic, tanquam

in luce, ut filios lucis ac Christi Ecclesiam decet, ut etiã ea acta lucem ferre poßint, utq; ea, quæ piè ac ritè acta cõclusáq; fuerint, in publicum edere omnino liceat, nec politico aliquo consilio aut prudentia in æternos carceres tenebrásq;, ut colloquia cum papistis, cõcludantur.

Vigesimo secundo. Ante omnia uere id omnino statuatur, ut quæ manifeste ex uerbo Dei decreta fuerint, serio constanterq; obseruentur: in primis tamen, ne errores semel damnatos liceat reuocare, ut nunc, proh dolor, à quibusdam doctis & potentibus maxima cum Ecclesiæ perturbatione et conscientiarum pernicie fitatur.

REGVLAE DISPVTATIONIS.

Quo uerò omnia meliori ordine ac modo, & ad inquisitionem ueritatis utilius in ipsa disputatione agantur: Volumus nos quatuor, tantũ nostro nomine, regulas quasdam disputationis simul proponere, tametsi suprà aliquæ earũ iam recitatæ sint. Cum enim omnis fructus ac utilitas Synodi, nempe ueritatis illustratio, et errorũ condẽnatio, ex ipsa disputatione potißimũ dependeat, meritò omnibus summo studio ac diligentia in id incumbendũ est; ut illa scrutatio scripturæ ac inquisitio ueritatis legitimæ, piè ac utiliter peragatur. In hũc igitur utilem conatum nos quoq; nostrum symbolum propositis hisce regulis cõferre uoluimus. Vt uerò alia omnia, sic & hæc ipsa rectius monentium fratrum ac dominorum iudicio subijcimus.

Ante

1. Ante omnia in disputatione adsit adhibeaturq; timor et inuocatio DEI, ut is nos suo spiritu deducat in omnem ueritatem, represso spiritu mendacij et erroris. Nam & ueritatis illustratio ac conseruatio ac explosio omnium longè difficilima est, maximeq; diuina ope indigens, & timor Dei initium & caput sapientiæ est. Deus enim adest timentibus se, suo S. S. eos regens, & qui eum timent serium studium ueritatis habent, & in disputatione adhibent.

2. Præstetur omnino initio disputationis iuramentũ calumniæ. Quod si usquam in litibus adhiberi debet, hic certè ante omnia, ubi res longè maximæ aguntur, sicut ipsemet Dominus et Apostoli in asserenda uera doctrina sæpe fecerũt. Vbi etiam iustius est eum in testem inuocari, quàm ubi de gloria religioneq; ipsius agitur. Sic & Prophetæ perpetuo eum in testem adhibent, dicentes, sic dicit Dominus, & os Domini loquutum est.

3. Obseruetur etiam diligenter illa Platonica regula in Menone πραότερον καὶ διαλεκτικώτερον ἀποκρίνεσθαι, ut mansuetè ac quietè, et simul Dialecticè aut certa methodo ac ratione disputetur. Nam & perturbationes affectuũ & sententiarum confusiones, impediunt animum, ne possit cernere uerum.

4. Reijcimus tamẽ hic illas Dialecticas astutias fraudes & argutias, laqueos & tendiculas malitiosè conqui=

conquisitas, quibus olim Sophistæ, & postea etiam Scholastici magis ad exercitiũ, aut etiã ingenij industriæue ostentationem, quàm ad ueritatis inquisitionem aut illustrationem, uel ad Ecclesiæ ædificationem sunt abusi, de quibus etiam Top. 8. Aristoteles præcipit, cum docet, quomodo sit occultandus scopus, aut mens nostra, quomodo aduersarius incautus circumueniendus, & similia. Nam spiritus domini, & ipsa cœlestis ueritas, nec uult nos furari uictoriam, ut ille magnanimus Heros olim dixerat: Nec probat ut magis industria actoris, aut socordia inscitiaue errantis, Victoria obtenta esse uideatur, quàm ipsius rei euidenti bonitate, & gladij uerbi domini inuicto, omniaq; penetrante acumine, ne & gloria Deo debita ad homines transferatur, & fides nostra (ut Paulus inquit) Super persuasibilia humanæ sapientiæ uerba, non super immotam ac inuictam DEI ueritatem fundata esse uideatur.

5. Semper initio constituantur certæ & categoricæ propositiones proprio ac perspicuo sermone, de quibus disputandum est, idq; ex prioribus Actis & scriptis, ut clarè constet, tum de quo agatur, tum & quid ei adscribatur, seu tum subiectum tum prædicatum. In quibus si quid adhuc obscuri erit, liceat alterutri parti petere explicationem, Ne accidat, quod Paulus de seductis & seductoribus inquit: Non attendentes neq; quid, neq; de quo loquantur.

6. Conueniat etiam de uicinis propositionibus, de quibus

quibus non est lis, quo etiam inde aliquid adiumenti ad illustrationem ueritatis, & decisionem litis peti queat, & præterea ne à controuersis ad non controuersas ob uicinitatem fiat declinatio, ut solent qui malam causam habent ab odiosiore scopo ad aliquid uicinum & plausibilius latenter confugere.

7. *Conueniat et de aliquarum præcipuarum uocum significatione, quarum maior uidetur fore in disputatione usus. Quòd si etiam de aliquibus rerum definitionibus Antagonistæ rectè pacisci possent, id quoq; utile esset.*

8. *Seruetur ante omnia præceptum Paulinum, ut uitemus & fugiamus* λογομαχίας βεβήλους, κενοφωνίας, & μωρὰς, ἀπαιδεύτους, καὶ ἀπεράντους ζητήσεις, *Id est, uerborum rixas, profanas uocum inanitates, stultas, indoctas & inexplicabiles quæstiones. Quibus malis artibus Sathan eiusq; organa delectantur, & ueritatem simplicesq; inuoluunt, perturbant & illaqueant.*

9. *Non liceat ambiguè, obscurè, figuratè aut generaliter loqui, sed quod fieri potest, propriè et appositè, ut & intelligere sese inuicem disputatores, & alter alterum in certo sensu retinere posit.*

10. *Sermo intelligatur, ut bonus ac intelligens uir communiter eum acciperet, in tali rerum statu, & talibus circumstantijs rectè expensis.*

Liceat

quo appareat an rectè aut perperam aduersarij sententiam acceperit, & quò clarius appareat, an ipse quoq; apposite ad rem respondeat ; aut sciens uel insciens à scopo aberret, & ad aliquid aliud digrediatur.

17. Nullo modo liceat à proposito argumento ante eius finem, multo minus à proposito themate discedere ad alia ulla occasione aut prætextu.

18. Omni studio in tota Argumentatione teneatur ad certas & firmas aliquas conclusiones, ne temerè ac diu sudemus & clamemus, nihil certi concludentes aut decernentes, fiatq; iuxta illud Paulinum: Semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes.

19. Non liceat alteri alterum interrogare, nisi de rebus ad præsentem controuersiam necessarijs: Nec sint interrogationes captiosæ aut Sophisticæ, eoq; liceat respondenti mox responsum explicare, si Aduersarius eo aliorsum aut in alio sensu abuti uellet, quàm Respondentis mens sententiaq; fuit.

20. Liceat etiam interrogato si quæstionem aut non satis intelligit, aut ambiguam captiosamq; esse putat, ante certam & categoricam responsionem uel expositionem eius petere ab interrogante, uel ipsi eam exponere, quonam modo ipse eam intelligat et porro quærere an is sensus aut mens quæstionis aut interrogantis sit, aut alius.

Interro-

21. Interrogatus de re aut ſententia ad præſentem controuerſiam pertinente ac neceſſaria, teneatur, omnino clarè et appoſitè reſpondere, quid ſentiat, affirmet aut neget, ut & diſputantes ſeſe inuicem & auditores ac iudices utrunq; intelligant: Ne occultando alteruter perpetuo ludificetur alterum, & ſemper elabatur ueluti lubrica anguilla, aut Sepia ſuo atramento piſcatorem ludificans.

22. Cogatur Reſpondens rectà ad propoſitum argumentum ſine omnibus ambagibus aut circumitionibus reſpondere, & aut fiant ſolutiones aut reſponſiones appoſitæ ad argumentum, ita ut qui negat argumentum, teneatur monſtrare ubi ſit uitium, expreſſe membrum aut partem argumenti eiuſ'q; falſitatem indicando.

23. Actoris quidem eſt & ſit probare: ſed negans diſertè indicet, quàm ſententiam neget aut probari flagitet: Tametſi & is qui aliquam receptam ſententiam negat, teneatur ſuæ negationis firmas cauſas indicare. Huc accedit quod in ſacra doctrina non minus ad negatiuas quàm affirmatiuas ſententias inſtructi ſumus.

24. Abſit hinc omnis acerbitas animi & linguæ, omittantur ſugillationes, ſubſanationes, maledicta, conuitia & ſimilia, etiamſi uerè in alterum dicerentur, & ſeruetur potius illud Ariſtophanicum: ἔλεγχε ἐλέγχου λοιδορεῖσθαι δὲ οὐ πρέπει.

25. Concedatur utriq; parti ſatis temporis, ita ut

etiam

etiam ſpacium cogitandi et inquirendi rem diligentius ei ſumere liceat. Concedatur & libris & alijs humanæ imbecillitatis præſidijs uti, quin & ſcriptum argumentum ab Aduerſario petere, ne quiſquam breuitate temporis & Antagoniſtæ induſtria ſuáue tarditate obrutum uictumq; queri poſsit.

26. Sint uices iuſtæ loquendi, ne alter totum tempus occupet, aut ſicut Cicero dicit, tanquam ſi in ſuam poſſeſsionem intraſſet, ſolus ibi regnet, Sed & alteri tantundem ſpacium dicendi concedat.

27. In Argumentis & ſolutionibus ſint res ac probationes Theologicæ, forma Dialectica, ſermo communis, uſitatus, notus & perſpicuus, præſertim autem materiæ, de qua agitur, conueniens.

28. Longè autem firmiora Argumenta ſunt, quæ in ſacris literis ſuas affirmatiuas aut negatiuas ſententias expreſſè habent, quàm quæ ratiocinatione quadam ac conſequentia inde deducuntur. Quia facilius hic ratiocinationes, quàm in humanis rebus ac ſcientijs fallunt, ut ſæpè ibi mala connexio lateat, ubi firmiſs. in ſpeciem eſſe uidebatur. Res certè ipſa oſtendit, præſertim in hæreticorum ſcriptis, quòd ex ſacris literis multa humana mens ratiocinando abſurda, optima (ut ſibi uidetur) ratiocinatione deducere poſsit, ubi eam ſeſe reprimere & captiuam uerbo uiuentis DEI aliquid clarè affirmantis aut negantis, neceſſe eſt: Vt ratiocinationes ex uerbo DEI deductas, niſi ualdè perſpicuæ ac luculentæ

tas fabulas, Pythagoricos numeros, et Platonicas Ideas tractes, in ijsq; tuam magniloquentiam ostentes, & uendites, &c.

36. *Etsi autem rectissime Paulus praecipiat, ut haereticos homines post unam & alteram admonitionem deuitemus ad* Titum 3. Rom. 16. *quia &* αὐτοκατάκριτοι *sint, ut nolint resipiscere, & subuersi aut attoniti (ut idem dicit) ut non uere intelligant quicquam eorum, quae eis proponuntur. Et deniq; quia eorum sermo ut cancer serpit per conuersationem in alios: tamen non iam propter ipsos, sed propter alios disputandum omnino cum eis, ut ne lucem ac confessionem defugisse uideantur, & ut omnis cupidi ueritatis uideant, quàm nullius uerbi* Dei *fundamentis nitantur, sicq; eis in faciem resistendo coram omnibus os obstruatur.*

37. *Possent et alia plurima specialiora praecepta de ratione huius disputationis conscribi, quae partim ex Grammatica & natura sermonis sacrarum literarum, partim ex* Dialectica *& tota ratione disserendi, partim deniq; & ex Theologia seu ipsarum rerum natura cognitioneq; rectius petentur. Nunc enim tantum generalia quaedam nimisq; peruulgata praecepta asscribere uoluimus.*

38. *Deniq; quia plerunq; & nunc etiam Ecclesiasticae* Disputationes *ad eum finem culpa errantium tendunt, ut licet aduersarij nec sua probare, nec nostra re*

futare queant, imo nec in lucem quidem legitimè cognitionis prodire ausint: tamen non desinant contra nos & ueritatem furere, sicut & Domino saluatori ipsi accidit, qui ad suos aduersarios inquit:Si interrogauero uos, non respondebitis mihi. Sin dixero uobis, non dimittetis me: Id est, Siue à uobis postulauero ut probetis uestra, non præstabitis id, malè uobis conscij, siue ego mea probauero, tamen non absoluetis me. Ideo paremus nos ad confeßionem, patientiam & ad constantiam in cruce, certò scientes, restare adhuc iustum iudicem ac iudicium, ubi ueritas eiusq; confessores gloriosam uictoriam, contra Sathanam, errores ac seductores fœliciter obtinebunt, eaq; in æternum perfruentur.

SED *obijciet hic aliquis, ut maxime de omnibus alijs conditionibus conueniat, tamen de iudicibus non conuenturum. Nam nec nos laturos esse eos, quos lapsos fuisse dicamus, nec illos uicißim laturos esse nos tanquam suos aduersarios.*

Respondemus. Dictum supra est, Non homines ullos, sed ipsum Dei uerbum, aut etiam dilectum Patris cœlestis Filium in tantis rebus ac controuersijs nostrum iudicem esse oportere. Vt igitur maxime talis aliqua difficultas nobis sese obijciat, tamen, si modò de alijs regulis Synodi, & præsertim, ut placide, ordine, ac ex oraculis Dei, neglecta omni humana potentia, sapientia & prosopolipsia disputetur, conue

nire

nire queat, & in electione iudicum iustus delectus habeatur, Synodoq; pij Principes intersint, uel etiam præsint, non desperamus nos, Domino iuuante, uerbo Dei & euidenti ueritate ita errores & seductores in angustias conclusuros, conuicturos & confutaturos, ut omnes cupidi ueritatis cernere poßint, quid uerum aut falsum sit, quis iustam iniustamúe causam tueatur.

Spiritus Domini est, qui arguit & redarguit Mundum de peccatis, prauis iudicijs ac erroribus: Et Scriptura teste Spiritu Sancto est ad confutandum & corrigendum utilis. Sicut plurimum hactenus contra Papistas disputauimus & probauimus, uerbum Dei omnium controuersiarum iudicem regulamq́; esse debere. Conueniamus igitur modò in nomine Domini, & recta ratione placidè ac Christiane ex norma Dei conferamus, mox profectò, Deo benedicente, apparebit Principibus & omnibus ueri cupidis quidnam uerum aut falsum, pium aut impium sit.

Hæc ita æqua & pia esse certò statuimus, ut neutri parti sint magis commoda quam alteri, nemoq́; uere dicere poßit, aut ausit (nisi sit impudentißimus calumniator) nos hisce conditionibus effugium aut elusionem simulatæ Synodi astute quæsiuisse. Soli enim ueritati inquirendæ hæ conditiones longe aptißimæ sunt, cui in Christiana Synodo, imò & in tota rerum natura & uita omnia inseruire merito deberent. Ea enim

uerè, ut & Plato inquit, omnium bonorum causa adiitusq; est Dijs atq; hominibus, nosq; & liberat & sanctificat, ut Dominus ac Seruator noster Christus testatur.

Vsitatum ac plane quotidianum est, defugere ac recusare iniusta tribunalia suspectosq; iudices. Nos uerò & exemplo nostrarum Ecclesiarum cum Papistis de hac eadem re agentium, & magnitudine causæ, quæ non nostra sed Dei est: & deniq; iam etiam experientia impotentis quorundam superbiæ, & uiolentæ Tyrannidis mouemur, ut cautè circumspecteq; tãtam rem agere, nec qualemcunq; conspiratorum hominum cateruam aut factionem, sed Christianam ac certis iustisq; legibus ordinatam atq; circunscriptam Synodum, expetamus. Possemus etiam non pauca ueteris Ecclesiæ exempla recensere, ubi pij doctores suspecta concilia aut conciliabula potius defugerint ac recusauerint, quæ nobis imitari nequaquam turpe fuerit.

Quanquam autem non dubitamus, has regulas & conditiones æquissimas, & Deo omnibusq; uerè pijs ac intelligentibus probatissimas esse, meritoq; in tali Synodo obseruari deberi: tamen non recusamus, quin (sicut & suprà protestati sumus) si quis aliquid aliud ad inquirendam ueritatem aptius, & sacris literis magis consonum, Deoq; gratius reperire queat, eum audire eiusq; sententiam approbare libenter uelimus.

Iudicamus igitur atq; proponimus hæc ita, non, (ut

alij qui-

alij quidam contra conscientiam fingunt) quô nobis superiorem aliquem locum uindicemus, nobisúe Pontificio more ius aliquod, leges alijs ferendi arrogemus, sed tanquam fideles ministri Christi, & fratres aliorum, qui non uellemus maximi momenti negotia, ad gloriam ueritatemq; Dei, & totius Ecclesiæ utilitatem multorumq; salutem pertinentia, protelari, & in aliquas noxias angustias ac fraudes præcipitari, sicut nõ raro fit, ut uel astutijs aliquorum, uel etiam potentia, audacia, & conspiratione, ueritas eiusq; Confessores opprimantur. Quæ incommoda ut omni modo præcaueantur, & precibus & pia prudentia uigilantiaq; laborandum pijs omnibus est, tum doctoribus, tum gubernatoribus.

Non igitur dubitamus, omnes bonos Deumq; timentes hanc solicitudinem & diligentiam nostram in meliorem partem, pro suo Christiano candore, accepturos esse, & pro sua pietate & prudentia adiuturos & promoturos. Quod uti faciant sedulò, ex animo eos suppliciterq; oramus ac obsecramus.

VESTRAS VERO CELSITVDINES *& amplitudines Illustriss: Principes alijq; proceres ac gubernatores Augustanæ confessioni adhærentes, domini nostri gratiosiss: orare ac suppliciter propter afflictam Ecclesiam & Religionem obsecrare uoluimus, ut omni studio ac diligentia, propter gloriam Dei, & Ecclesiæ utilitatem, multorumq; æternam salutem in hoc incumbant, ut aliqua pia Synodus prima*

quoq; tempore conscribatur ac conueniat, in qua ueritas illustretur, errores confutentur ac reijciantur, & deniq; omnes dissensiones ac controuersiæ ex nostris cetibus piè tollantur, doctoresq; rursus in Christo rectè uniantur, atq; ita ueritas, pietas, ac concordia, sublatis erroribus & certaminibus, floreant, ac uigeant.

Longum, & non necessarium esset, hic commemorare uel dicta Scripturæ, quibus Deus *id* Magistra*tibus iniungit, ut cum eos iubet gestare gladium, ut sint bono operi honori, & terrori malo, ut sint nutritij* Ecclesiæ: *ut aperiant portas Christo, eius* Regno *ac ueritati, utq; discant & erudiantur, & filium osculentur: uel etiam exempla ueterum* Regum, *tum* Iudaico*rum, tum* Romanorum, *qui Synodos ad discutiendas* Religionis *causas piè utiliterq; conuocarunt. Quare cum hæc omnia* V.C. *sint longe notissima & meditatissima, nihil opus est, ut à nobis nunc ociose aut fastidiose recenseantur.*

Optamus alios quoq; doctores ac Theologos, *etiam eos, qui de erroribus accusantur, prompte alacriterq; Synodum hanc comprobare, ac omni studio promouere, utpote, qui toties etiam publicis Scriptis, & in actionibus ad Synodum prouocarunt, eamq; se omnibus uotis expetere sunt protestati. Quam & alij Wormaciæ urserunt ac flagitarunt.*

Certe prodigij ac portenti instar esset, istos eximios, qui tam splendide de toto corpore ac incontamina-

ta synceritate suæ doctrinæ publicis scriptis contra omnes protestantur, non audere in tali Synodo ac luce Ecclesiæ comparere, aut uelle Pōtificio more ex leges ac ἀνυπευθύνους esse, nec illi Paulinæ, aut potius Spiritus S. Regulæ subiecti esse, Prophetæ uerò duo aut tres loquantur, & cæteri dijudicent. Porro si alij fuerit reuelatum asſidenti, prior taceat.

Quòd si qui male sibi conscij lucem defugere ac piam liberamq; Synodum impedire conabuntur, ut hactenus lucem defugientes factitarunt, nullaq; omnino spes apparere poterit, breui aliquando talem Conuentum in nostris Ecclesijs colligi posse, tum saltem uel id agatur, ut cum consensu aliquorum gubernatorum, quibus magis Religio curæ est, et illustrisſimi Principis Augusti, quandoquidem sub eius potisſimum dominio sunt ij, qui de erroribus accusantur, circiter decem aut plures graues uiri, quorum fides in ministerio, in periculis cognita est, ac in uerbo Dei eruditi sunt, præsertim Theologi, utrinq; deligantur coram quibus tres istæ postremæ controuersiæ exponantur, cognoscantur, ac ex uerbo Dei, ut supra exposuimus, rite dijudicentur: Aut saltem experimentum aliquod dirimendæ Controuersiæ fiat. De qua forma iudicij actionisue extant etiam quorundam ex nostro numero publica scripta, Anno 1552. et 56. ædita, ad quæ nos referimus. Hæc certe ratio non ita difficilis est, nec adeo magnis sumptibus constabit.

Intelligi-

Intelligimus porrò quosdam Magdeburgæ ante biennium, Deinde Fuldæ ante annum, Tertiò Augustæ in comitijs, postremò etiam in proximo conuentu impediuisse Synodum Theologorum, cum antea meras Synodos creparent & minitarentur, quos sibi male conscios esse, aut certè Ecclesiæ Religioniq; non bene cupere omnino apparet.

Iniquißimum uerò est, quòd quidam dicuntur flagitare consensum in Librum Francofortensem, antequam nobis liberam Synodum promittant. Synodus enim hæc potißimum ideo institui deberet (ut & suprà dictum est) quò præsentes Controuersiæ Religionis dijudicentur, ueritas comprobetur & errores explodantur, & tandem, ut etiam ij, qui accusantur, suarum actionum, scriptorum, & sententiarum rationem reddere poßint. At formula Francofordensis est (ne quid iam acerbius licet uerius, dicamus) Cothurnus Sectis & seductoribus aptus, omnibusq; præsentibus corruptelis dans æternam amnistiam, et à nemine eas ullis unquam temporibus accusari aut damnari debere sanciens. Hæc enim sunt eius uerba.

Das alles das jenige/so sich in vergangenen Zeiten in einem oder in dem andern Wege zugetragen habe/vergessen vnd nimmermehr gedacht werden solle/etc.

Ante ergo quàm ueniamus ad Synodum iam Spiritui sancto erit os per tale decretum & subscriptionem

occlusum

occlusum, ne per quenquam arguat Mundum aut Seductores de ullis peccatis uel erroribus. Quid ergo ibi faciemus? Hoc nimirum est, quòd ille eximius Rabbi aut Magister noster in suo consilio pontificialiter dictat, ut Potentes prius concludant, quàm ad Synodum ueniatur. Quod quidem iam perfectum uidemus. Quid tandem opus est, fuit, aut erit unquam ullam Synodum congregari, si pauci potentes cum uno aut altero Theologo possunt omnia rectè concludere? Quo argumento et Lutherus Pontificis tyrannidem meritò exagitat ac confutat, eóq; & nos illum iustè istis oppressoribus ueritatis ac libertatis Ecclesiasticæ opponimus.

Synodus deberet habere primum ac potissimum pro norma iudicij, ipsum Dei uerbum, ac secundum id liberrimè loqui, agere, & iudicare. At isti uolunt nobis primum humana autoritate articulos fidei præscribere, secundum quos credamus, sentiamus, doceamus, loquamur, & iudicemus, postea demum nobiscum agere. Quos si non acceperimus, tanquam pro excommunicatis nos habebunt, Imò & proscribi nos (proh pudor) ex omnibus Regionibus uolent.

Est ne hæc, quæsumus, libera ac Christiana Synodus, ubi iam humana circumscriptione & Iudicibus & actoribus quasi quædam compedes uinculáq; iniecta sunt, ne liberè secundum uerbum Dei, loqui, aut iudicare, erroresúe condemnare queant? Quis unquam simile quid ausus est propalam in Ecclesia Dei agere aut postulare?

stulare? Turpe profectò esset, ipsa Antichristi mancipia tale quicquam à nobis flagitare, Hoc enim est, quod in foro dici solet, Processum ab exequutione inuerso ordine inchoare.

Omnino apparet, quosdam Doctores sibi male conscios esse, ac id astute agere, ut nuditati ac turpitudini suæ ficulnea perizomata magnæ dignitatis uiri circunsuat, quo nemo amplius de eis iudicare, errores arguere ausit. Sed illis quidem liceat quicquid modò libeat, ac ius sit iudicare de alijs: De ipsis uero nemini, non aliter atq; Romanus Pontifex tyrannice decernit, in C. cunct 9. q. & c. si Papa 1. dist. 40.

Vt autem Supplicationem hanc, Principes Illustrissimi & proceres clarißimi ac domini nostri gratiosissimi, concludamus, uos propter Dominum IESVM oramus ac obsecramus, ut curam ueritatis, instar maiorum uestrorū, maximo animo capessatis et habere augerere pergatis, nihil desperantes de mediocribus successibus, licet sit nobis impedimento horrenda ingratitudo uulgi ergà ueritatem, et ipsa Dei ira, quam ut ille clementer mitiget omnes pij orabunt. Nam Satanæ, impiorum, & Seductorum impius conatus facilius contemneremus. Instabit igitur Vestra Celsitudo & Præstantia etiam apud alios omnes Augustanæ Confeßionis, ut et illi pientißimum istum conatum summis uiribus adiuuent & promoueant.

DOMI-

DOMINVS AVTEM IESVS, CAPVT ac rex noster (qui ideo ad dexteram Patris sedet, ut det dona ad ædificationem Ecclesiæ, quiq; ideo Spiritum suum mittit, ut nos omnia doceat, ac in omnem ueritatem deducat, utq; per os piorum Doctorum Mundum, & omnes impios ac Seductores arguat de peccatis, erroribus ac furoribus) celebret ipse Concilium cum dilectißimo Patre & Spiritu sancto, ueritatemq́; apud nos clementer conseruet, & ad omnes homines propaget, errores omnes & impietates, scandala & Schismata tollat: & deniq; omnem lachrymam ab oculis nostris aliorumq́; piorum extergat, ut eius nomen sanctificetur, Regnum adueniat, et uoluntas ubiq; fiat.

AMEN.

NICOLAVS AMSDORFFIVS.
Simon Musæus Doctor & Professor Theologiæ in Academia Ienensi.
Ioachimus Morlinus D. & Superintendens Brunsuuicensis.
Tilemanus Heshusius D. & Superintendens Bremensis.
Fridericus Bachofen sacræ scripturæ D.
Maximilianus Mörlin D. & Superintendens Coburgensis.
Autor Lampadius Licentiatus et Superintendens Halberstatensis.
Nicolaus Gallus M. & Superintendens Ratisponensis.
M. Iohannes Vuigandus Superintendens Magdeburgensis.
M. Matthæus Iudex Diaconus Magdeburgensis.
M. Ioachimus Vuestphalus Pastor Hamburgensis.
M. Iohannes Frederus Superintendens Vuismariensis.
M. Georgius Reich Superintendens Rostochiensis.
M. Andreas Martini professor Rostochiensis.
M. Georgius Vuint Pastor Vuismariensis.
M. Iohannes Gutteius Pastor in Greuesmol.
M. Alexius Magnus Pastor in Tribbeken.
M. Vuolffgangus Ruprecht Pastor Schuueinfurtensis.
M. Basilius Vnger Pastor Schleusingensis.
M. Petrus Eggerdes Superintendens in Palatinatu.
M. Eylardus Segebade Pastor Bremensis.
M. Christianus Emptes Pastor Bremensis.

M. Ioachi-

M.Ioachimus Noßiophagus Superintendens Neobrandenburgensis.
M.Georgius Schermerus Ludimoderator et concionator Stargardensis.
M.Conradus Perca Pastor Halberstatensis.
M.Albertus Christianus Superintendens Cothensis.
M Matthæus Roth pastor Lindauiensis.
M.Georgius Neherus pastor Lindauiensis.
M.Vuolffgangus Vualdner pastor Ratisponensis.
M.Ioannes Oberndorffius Diaconius Ratisponensis.
M.Antonius Otto Pastor Northusanus.
M.Pancratius Feldbachius Pastor Stasfurtensis.
M.Matthias Flacius Illyricus.
M.Iohannes Stœsselius pastor & Superintendens Helsburgensis.
M.Balthasarus Vuinter Pastor & Superintendens Ienensis.
M.Bartholomæus Rosinus Pastor & Superintendens Vinariensis.
M.Iohannes Aurifaber Concionator in aula Vinariensi.
M. Casparus Molitor Superintendens Orlamundensis.
M. Alexius Presnicetus Pastor & Superintendens Aldeburgensis.
M.Casparus Aquila pastor & Superintendens Salfeldensis.
M. Iohannes Vuachtel pastor & Superintendens Eisfeldensis.

Vuolffgangus Mölsel Pastor & Superintendens Vueidensis.

M.Iohannes Kuhn pastor & Superintendens Gotanus.

M.Iohannes Vueiß pastor et Superintendens Eisnacēsis

M.Cunradus Limmer pastor & Superintendens Neopolitanus.

Michael Schultes Pastor Creutzbergensis.

M.Adamus Rodigerus Pastor Rombeltensis.

Christophorus Singelius Pastor & Superintendens Ronnenbergensis.

M.Marcus Rudigerus Pastor & Superintendens Alstetensis.

M.Martinus Vuolffius Pastor Calensis.

M.Ioachimus Magdeburgius Pastor Osmanstetensis.

Subscripserunt & aliorum omnium Superintendētum & Pastorum nomine in ciuitatibus, oppidis et pagis illustrißimi Principis & Domini nostri, Domini Iohannis Friderici Secundi, Ducis Saxoniæ per omnē Celsitudinis illius Principatum, Thuringiam, Misniam & Franconiam.

Eadem sunt sententia nobiscum Concionatores præcipui in comitatu Mansfeldensi, quin solicite expetunt, & expectant eiusmodi Synodum conuocari. Vnde & cum collegis suis à suis Dominis eam quā maxime promoueri supplicatione petierunt, & hanc nostrā supplicationem constanter approbant, ut literæ ipsorum ad nos testantur.

DEMONSTRATIO, QVOD NON LEVES ERRORES AC SEDVCTORES *nunc instauratas Ecclesias ueramq; Religionem infestent: eoq; nullo modo debeant negligi aut silentio Amnistiaue inuolui, ac sepeliri, sed sint necessariò quàm primum legitima Synodo ac disputatione dijudicandi & anathematizandi.*

FERREVM OMNINO AVT ETIAM *adamantinum pectus esse oportet, quod non moueatur præsentibus Ecclesiæ Christi difficultatibus, dißidijs ac scandalis. Nam cum concordia per sese res præclara ac laudabilis est, tum uerò & Ecclesiæ, atq; adeo omni prorsus societati humanæ necessaria ac salutaris est, & Deo ipsi longè gratißima ac probatißima.*

Verùm contrà uidendum illud est inprimis, sicut in omnibus aliis rebus, ita etiam in quærenda ac constituenda pace & concordia, uti ea sit, tum in se honesta ac solida, tum uerò ante omnia pia, Deo grata et accepta, & ad ædificationem Ecclesiæ, idonea ac utilis Sicut enim aliorum omnium bonorum fons & origo Deus est,

ita etiam initium et fundamentum ueræ ac optimæ concordiæ est, concordes cum ipso omnipotente ac uiuente Deo esse. Cum quo si discordia ac dißidium sit, pax omnis reliqua est in rebus omnibus perniciosa, præcipue uerò Ecclesiæ Christi, cuius nimirum omnis felicitas, salus ac gloria ex solo Sponso suo Iesu Christo prorsus ac in solidum dependet.

Quoties igitur de pace et concordia cogitamus aut consultamus, semper illud ante omnia uideamus aut perspiciamus, ut ea pax quam paramus, concordiaq; quam molimur, exactißime & ad amußim conueniat cum illa lege, aut descriptione ueræ concordiæ, quam ipsemet filius DEI nobis proposuit, & toto ardentißimoq; pectore à suo patre omnis boni autore expetiuit, nempe ut simus unum in ipso & patre eius cœlesti.

Ea uerò unitas, concordia & pax, quæ in Deo & cum Deo est, potißimum tota consistit ac dependet ex retentione ac confeßione ueræ doctrinæ, & ex repurgatione aut explosione falsæ, iuxta illa celeberrima Christi dicta, si quis sermonem meum seruauerit, pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, ac apud eum mansionem faciemus. Cauete uobis à fermento Pharisæorum & Sadducæorum. Si quis me confeßus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo cœlesti. Si quis aliud Euangelium docuerit, anathema sit. Lucerna pedibus meis uerbum tuum.

Hoc autem fortè omnes approbabunt & confitebun

tur, uel

tur, uel lingua saltem, si non corde (nam multi in cor=
de, quamuis pacem et tranquillitatem præ bello aut pu=
gna pro ueritate exoptant) omnino nullam aliam pa=
cem atq; concordiam in Ecclesia DEI optandam, quæ=
rendam aut constituendam esse: Verùm dicent ac præ=
tendent nullos nunc, aut dudum errores, aut corrupte=
las quoq; in Ecclesia Christi excitatos uel defensos es=
se, eoq; nihil necesse esse, ut uulgò dicitur, hostes & præ
lia sibi fingere. Quibus ut respondeamus, & oculos
quasi ad uidendum in ipsa meridie aperiamus, præci=
pue hanc scriptionem instituimus. Ne autem uideamur
tenere uagari, dicemus de hac re primùm in genere,
postea in specie de singulis erroribus hoc tempore in
eum cœtum, qui ueritatem amplexus & confessus est,
grassantibus, eumue infestantibus.

QVOD AB INSTAVRATO EVANGELIO IN GERMANIA non pauci, nec leues errores à quibusdam, qui cum uera Ecclesia coniuncti fuerant, contra eam, eaq; improbante excitati sint.

PRIMVM SAEPISSIME SCRIPTVra prædicit, quòd in ipso populo DEI exorientur
Pseudoprophetæ & errores, nec ij uulgares ho=

mines, sed qui etiam signa et prodigia facere poterunt, quod Deus ad hoc ipsum fieri permittet, ut populi sui constantiam exploret, et Epicureos ac oppressores uerbi puniat. Deut. 13. Quin etiã tales homines fore illos seductores affirmat Christus, qui sint in officio, et regimen obtineant, adeoq; hominum consensum studiose venentur, ut excõmunicent quoq;, aut ex populo DEI extrudant, uel etiã publicis supplicijs affici curent recte sentientes et ueritatẽ profitentes Doctores, Iohan. 16. et Matt. 10.

Affirmat et D. Paulus futurum, ut ex ipsa Ecclesia ac ueris Doctoribus exurgant lupi rapaces, non parcentes gregi, sed docentes distorta ac praua, et per dulces sermones ac benedictiones, seu, ut Lutherus apposite uertit, durch süsse vnd prechtige wort decipiẽtes corda simplicium. Quos non tantum uitari, sed etiam anathematizari iubet, Act. 20. Ro. 15. 1. Tim. 6. Gal. 1.

Idem affirmat et D. Ioannes, quod seductores ex ipsa Ecclesia exorientur 1. Ioh. 2. Item Pet. 2. Epist. 2. inquit; Fuerunt autẽ et pseudoprophetæ in populo Dei, sicut et in uobis erunt falsi Doctores, qui subintroducẽt hæreses perniciosas, et mercantem eos Dominum negãtes, accersent sibijpsis celerem interitum, et plæriq; sequentur illorum exitia, propter quos uia ueritatis maledictis afficietur.

Deniq; (ut iterum ad Christũ redeamus) ipsemet Dominus prædicit futurum, ut exurgant in Ecclesia uarij

pseu-

Pseudoprophetæ, qui si poßibile est, decipiant & seducant etiã Electos. Item affirmat futurum, ut omnino ueniãt scandala. Et Paulus dicit, oportere in Ecclesia exurgere hæreses, ut electi probentur. Quare si filio Dei ac spiritui sancto credere uolumus, prorsus necesse est statuere, cum semper aliàs, tum & hisce annis 40. exortos, omnino esse aliquos seductores ac hæreses in ijs locis, ubi est uera Christi Ecclesia, contra tamen ipsam eaq; illis semper repugnante.

Deinde idem possemus probare à perpetua forma, aut curriculo Ecclesiæ, cuius omino talis ratio est, teste ipsomet Domino, autore, redemptore & gubernatore eius Christo, Matt. 12. Vt primũ quidẽ ueluti optimus ager bono semine à Deo conseratur, sed paulò pòst ad ueniat inimicus homo, qui zizania superserat.

Sic sanè uidemus, tum olim tempore Adami & Euæ, patriarcharũ, Mosis, ac mox post eum, item mox post Dauidem accidisse, tum postea ipso tempore Christi & Apostolorum, tum deniq; & post Apostolos.

Ex omnibus fermè Paulinis Epistolis apparet, uix eum plantationem & sementem in Ecclesia utcunq; perficere potuisse, quin mox sint consecuti, qui superfererent uarios errores ac scandala, & ueram Religionem ac Ecclesiam penè funditus suis uenenis ac impietatibus euerterent.

Mirum igitur profectò ualdè esset, si nunc deberet esse alia uera Ecclesiæ ac Religionis &

in annis amplius 40. tantaq; hominum copia ac diuersitate nullæ exorirentur? Credamus igitur omnipotentis Dei testimonio, qui sectas et errores fore omnino certo prædicit. Credamus & perpetuæ experientiæ ac ingenio seu sorti Ecclesiæ; & malitiæ Satanæ indesinenter idipsum omnibus artibus molientis & agentis. Quam etiam ipsum rude uulgus adeo longo usu cognouit, ut prouerbio dictitare soleat, quod ubicunq; Deus sibi templum extruit, ibi mox Satan uicinum sacellum sibi construat.

Tertia ratio sumi potest, ad probandum nostrum institutum, ab omnium fermè hominum, qui sunt in Germania & alijs uicinis locis iudicio ac testimonio. Nam tum recte sentientes Doctores id idem iudicarunt, quin & prolixis scriptis declararunt, esse exortos quosdam seductores, qui nostras Ecclesias seducere, & uero salutariq; semini Verbi Dei zizania superserere conarentur. Tum & illi ipsi seductores publicis scriptis & alijs actionibus testati sunt suam sententiam à nostra discrepare, resq; non paruas aut parui momenti inter nos controuerti.

Deniq; & Papistæ iudicarunt esse non leue discrimen sententiarum ac rerum, de quibus ageretur inter nos & seductores, utpote cum illi plerumq; aliquas nostrum aduersariorum opiniones diserte & publice pro suis agnouerint, & nostras contrarias sententias condemnauerint, ut est error de libero arbitrio, aut Syner-

gia, Adiaphorismus & Maiorismus seu operum necessitas ad salutem, M[illegible]ica, Anabaptistarum iusticia, et quod utriq; Mag[illegible]m prophanum esse iudicarunt, & similes. Quae illi pro suis dogmatibus large & liberaliter, & sane etiam uere agnoscunt & comprobant.

Hactenus tribus amplissimis & euidentissimis testimonijs aut demonstrationibus in genere probatum est, esse omnino non uulgares errores ac seductores, etiam in illis ipsis locis hisce proximis annis 40. exortos, ubi hactenus uera Religio ac Ecclesia instaurata fuit ac uiguit, non tamen unquam à rectè sentientibus comprobatos, quin potius contrà acerrime oppugnatos.

Nunc ut res euidentius pateat, quoniam quidam magno, ut illi putant, artificio omnes Religionis controuersias ita obscurant, inuoluunt, & errores cum ueritate conciliant, ut imperitioribus fucum faciant, et persuadeant controuersias cum Sectarijs meras λογομαχίας aut Grammaticalia bella esse: Ideo uolumus etiam de singulis ordine dicere, ac probare, errores et corruptelas, de quibus nunc agitur ac controuertitur, longè maximi momenti esse.

Sunt autem praecipui errores hoc tempore contra Ecclesiam ac ueram nostram religionem grassantes, Zuuinglianismus, Maiorismus, Synergia, Adiaphorismus, Antinomia, Osiandrismus & Schuuenckfeldismus.

QVOD

QVOD ZVVINGLIANISMVS PLVRIMVM DIFFERAT A *uera Christi & nostrarum Ecclesiarum sententia, & sit in eo certamen maximi momenti.*

PRIMVM ID PROBARI POTEST *utriusq; partis iudicio & scriptis. Nam & illi nostrã & nos illorum sententiam seriò & acriter, ut planè perniciosum errorem, condemnamus.*

Secundo. Craßißimum discrimen esse inter nostras Ecclesias & priores Zuuinglianos facile est perspicere. Nam nos uerba Testamenti filij DEI simpliciter & in suo natiuo sensu accipimus, illi eam per figuras uiolenter torquent, & à natiuo uerborum sensu discedentes, uarios, peregrinos, sibiq; plausibiles sensus ac interpretationes comminiscuntur.

Tertiò, nos credimus uerè adesse in cœna & dari corpus ac sanguinem dignis & indignis. Illi contra uolunt in sacra cœna tantum panem & uinum esse. Cæterum ipsum uerum corpus ac sanguinem Domini esse in cœlo crystallino aut Empyreo alicubi in certo loco, super omnes alios cœlos, ubi tamen nullum esse locum ultrò confitentur.

Quartò. Licet Caluinistæ uideantur & uideri omnino uelint propius ad nos accedere, & aliquam ueram ac realem præsentiam corporis

poris Christi in cœna statuere: tamen & ipsi in hoc à nobis longissimè differunt, quòd sacrosanctum Testamentum filij Dei ita peruertunt, ut cum ille omnipotens & ueracissimus Dominus dicat, HOC EST CORPVS MEVM, illi per suam Metonymiam, quam nusquam non inculcant, ita omnia transforment, ac si Dominus dixisset, Hoc est signum corporis mei, quod pro uobis traditur. Clarissimè sane id uolunt, dum semper contendunt inesse textui Metonymiam, & poni uocem rei signatæ pro eius signo, imò etiam carnem Christi cœlo alligant, & quod tantum efficacia corporis & sanguinis Christi ex cœlo alligant, & quod tantum efficacia corporis & sanguinis Christi ex cœlo spiritualiter ad utentes cœna pertingat. Ludunt quidem uerborum præstigijs, quasi nobiscum sentiant, sed mox quod dextra porrexerant ac dederant, sinistra rursus auferunt.

Quinto. Negari igitur nullo pacto potest, & utrinque id clarissimè affirmatur & confirmatur, nos à Caluinianis potissimum in hisce tribus maximi momenti sententijs aut rebus differre. Quòd primum illi tantum spiritualem & internam quandam communionem statuant: Nos uerò etiam externam, corporalem seu Sacramentalem: Secundò quòd isti uolunt nos tantum fide, aut credendo manducare corpus & sanguinem Domini, sicut olim Adam & Abraham ante natum Christum: Nos uerò etiam manducando ac bibendo ore, sia

ęre, ſicut non potuit ante natiuitatem ſumi: Tertiò illi uolunt tantùm uere pios ſumere, nos uerò dicimus etiam hypocritas, & quicunq; accedunt ad ſacroſanctam communionem corporis & ſanguinis, percipere.

Hæc ſane magna ſunt diſcrimina rerum aut ſententiarum ipſarum, non tantùm uocum, quæ abundè oſtendunt, non eſſe inanem aut ociöſam & inutilem λογομαχίαν in controuerſia de cœna Domini. Nec obſtat, quòd Lutherus alicubi dicat, eſſe diſputationem de Verbis cœnæ aut Teſtamenti Chriſti. Eſt quidem de uerbis lis. Sed tamen de uerbis Chriſti, non humanis, & quidem talis diſputatio, ut ex uerbis res porrò accipiantur, & ex diuerſo intellectu uerborum etiam diuerſæ, uel potius contrariæ ſententiæ de rebus ipſis exoriantur.

Eſſe porrò graue, maximiq; momenti certamen hoc de re Sacramentaria, inde apparet, primò quia, ſi in humanis rebus nihil haberi ſolet ſanctius Teſtamento, nullumq; grauius crimen, quàm falſare teſtamentum alicuius, multo profectò magis id in rebus diuinis ſentiendum ac ſtatuendum eſt.

Deinde cum is, qui indignè Chriſti corpus manducat, ſibimet perniciem accerſat, quis dubitat eum indigniſſimè manducare ac bibere, qui Teſtamentum Chriſti falſificat, quiq; non credit filio Dei affirmanti, ſe illi uerè dare ſuum corpus ac ſanguinem, ſed impiè ſentit, eſſe ibi tantùm purum panem ac uinum. Corpus

uerò

uerò Christi procul alicubi in cœlo per infinitam distantiam abesse.

DE MAIORISMO SEV OPERVM NECESSITATE AD SALVTEM.

QVOD HIC ERROR SIT REALIS *non uerbalis,& quidem magni momenti,probatur primò testimonio Apostolorum, qui eum in sui temporis pseudoapostolis condemnarunt; quod tum ex ipsis Pauli Epistolis apparet, tum & ex Lutheri super Galatas, & deniq; ipsius Maioris dispositione super Rom. ubi id repetitis uicibus statim initio inculcans asserit.*

Affirmat etiam tum Lutherus super Galatas, tum Menius contra Anabaptistas, tum deniq; & ipse Maior esse perniciosum errorem. Idem iudicarunt omnes nostræ Ecclesiæ, ac pij Doctores tum anno 1536. cum hunc ipsum errorem D. Lutherus propria disputatione ex Ecclesia explosit, tum & postea, cum tempore Interim ac Adiaphororum hic error denuo in Ecclesia quasi postliminio reueheretur. In cuius rei testimonium extant multa ac grauia scripta solidè itidem ex uerbo Dei probantia.

Secundò. Qui non esse poßet reale maximiq; momenti discrimen aut certamen, cum aduersarij nostri clarè uelint, Bona opera adeo esse necessaria ad salutem,ut

tent, ut sit plane impoßibile quenquam sine eis saluari seu quod bona opera sint causa sine qua non. Nos uero contra cum Paulo & tota Scriptura asseramus, hominem iustificari & saluari fide penitus, sine bonis operibus, iustificari et saluari peccatorē, item impium, et deniq; nō operantē, ut ipsamet scriptura diserte loquitur.

Tertiò, nihil obstat, nec id tollit certamen, quod Maioristæ uarie sese sursum atq; deorsum torquendo aliquando aliquas tolerabiles glossulas aut interpretatiunculas comminiscuntur, ut cum dicunt, se sentire, q̧ bona opera debeant sequi, ut fructus aut effectus, salutem. Solent enim sic impij seductores se suosq; errores ornare ac pingere, & aliquando etiam aliquid boni, aut bonum aliquem sensum simulare, ut modo quod uolunt præcipue, nempe suorum errorum fundamenta, obtineant & retineant. Quo artificio nunc Papistæ potißimum simplices ac pusillos Christi decipiunt, & suos errores propugnant.

Quare si maioristæ rectè ac nobiscum sentiunt, tollant & damnent sua illa impia dogmata, de operum neceßitate ad salutem, quæ dum damnare nolunt, perspicue ostendunt se à nobis dißentire, & fraudolenter suis illis uerisimilibus glossulis, quæ manifeste cum textu erroris sui pugnant, nobis imponere sub specie boni uerique conari.

Vltimo. Qui non eßet maximi momenti certamen, cum eorum dogma prorsus cum Papisticis articuli

ticuli iustificationis corruptelis congruat? Quod proba batur non solum ipsorum Papistarum testimonio, publicis scriptis & sermonibus id pro suo dogmate agnoscentium, & in eo acquiescentium: Sed etiam ipsa euidenti rei ueritate.

Nam primum nullius prorsus momenti est illa elusio, quòd isti dicunt; dicimus opera esse necessaria ad salutem, non ut meritum salutis; sed ut debitum, & quia alioqui ad salutem requirantur. Nam, teste Luthero super Genesin & etiam ipso Menio contra Anabaptistas, talis glossula aut fucus non sufficit, nec tollit errorem eius sententiæ, quô minus ea illaqueet, inuoluat, & intricet conscientias ad æternum exitium, & gloriam Christi blasphemè imminuat.

Non enim est recens ista impostura aut fucus. Nam iam olim Anabaptistis fuit usitata. Quare et Menius, & Lutherus, ut dixi, disertè eam reijciunt & condemnant, ut meram fraudem, & diabolicam deceptionem aut sophisma. Quorum de hac re testimonia prolixè in Apologia contra Menium citaui.

Deinde nec illa quidem impostura istorum admittenda est, quòd dicunt suam sententiam in eo differre à Papistica, quia Papistæ requirant; Bona opera ut merentia iusticiam ac salutem: se uerò tantum ut debita quædam aut alioqui necessaria ad uitam. Nam etiam ipse Thomas Aquinas excludit operum meritum ad iustitiam ac salutem. Hæc enim sunt eius uerba

Ephes. 2.

Ephes. 2 Non ex operibus scilicet præcedentibus, hoc donum meremur aliquando, quod saluati sumus, quoniam hoc ex gratia, ut suprà dictum est, secundum illud Ro. 11. Si gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Subdit autem rationẽ, quare Deus saluet homines per fidem absq; meritis præcedentibus, ut nè quis glorietur in seipso, sed tota gloria in Deum referatur. Psal. 113 Non nobis Domine non nobis &c. Similes sententias eius Scriptoris reperias super Ro. 3. Tit. 3 & sepe alias.

Interim porrò Augustanum etiam magis omne meritum à nostris operibus ad solam Christi passionem aut obedientiam transfert. Hæc enim sunt eius uerba: Wiewol Gott den Menschen gerecht macht NICHT aus den Wercken der Gerechtigkeit, die der Mensch thut, sondern nach seiner BARMHERTZIGKEIT, vnd das lauter vmb SONST, das ist, ohne sein VERDIENST, Also wer sich rhůmen wil, das er sich ALLEIN in Christo rhůmen sol, durch welches Verdienst ALLEIN er von dẽ Sünden erlöset, vñ gerecht gemacht wird. Doch handelt der Barmhertzige Gott nicht mit einem menschen, wie mit einem todten bloch, sondern zeucht jn mit sein im willen, wenn er zu seinen jaren kompt. Denn ein solcher empfehet dieselbigen wolthaten Christi nicht, es sey denn, das durch die vorgehende gnade Gottes sein Hertz vnd Will bewegt werde, den Sünden feind zu werden.

Hic audimus etiam clarè Thomam, Interim & omnino

nino

nino papistas optime ferre posse, ut bona opera ex causa efficiente aut merito excludantur, modò interea aliquo subtili fuco, aut artificio ita in iustitiam aut salutẽ inserantur & implicentur, ut sit impoßibile quenquam sine eis saluari, & aliqua ratione nostra salus ex bonis operibus dependeat.

Quare doctrina de tali operum neceßitate ad salutem, ut sine illis sit impoßibile quenquã saluari, omnino papistica est, & articulum iustificationis prorsus inficit ac corrumpit, quoquo modo externis glossulis fucorum aut pigmentorum ornetur & pingatur, eoq; merito atq; optimo iure tum olim ab ipsis Apostolis, tum postea post Apostolos in Ebionitis, teste Eusebio, à primitiua Ecclesia est damnata, tum deniq; etiam nostris temporibus à Luthero & alijs synceris Doctoribus ac Ecclesijs confutata & abiecta.

Falsißime ergò iactant isti huius erroris patroni, se oppugnare Papistarum errorem de iustificatione ac salute, quandoquidem in hac sententia tota illorum corruptela aut adulteratio huius articuli nunc quidem usitata penitus inest ac continetur, ut modo auditum est. Ideoq; patroni huius erroris reuera in hac quidem parte Papistæ sunt, uelint, nolint, negent aut confiteantur. Sicut & ipsimet Papistæ impreßis scriptis testantur, hoc dogma Maioris sibi ualdè probari, ut ipsis proprium ac genuinum.

DE SYNERGIA AVT LIBERO ARBITRIO.

QVod controuersia de Libero Arbitrio non sit leuis momenti, satis probatum est in præfatione Sententiarum ac Testimoniorum de hoc ipso articulo ex Lutheri scriptis collectorum, ac non ita pridem editorum, ubi & discrimen nostræ & aduersariorum sententiæ utiliter adiectum est. Sed adijciemus & hic breuiter aliquot rationes.

Primùm igitur obseruandum est, quod hoc errore nimium extenuetur originale peccatum, & tota hominis corruptio. Nam amplificare uires & robur Liberi Arbitrij est omnino eleuare morbum ac malitiam hominis: sicut contra extenuatis & abiectis uiribus Liberi Arbitrij necessario magnitudo originalis corruptionis elucescit. Extenuata porrò & obscurata doctrina de originali malitia & corruptione, quis dubitat sequi obscurationem totius doctrinæ Christianæ, quandoquidem ibi initium ac fons eius consistit?

Secundò amplificatis & nimium prædicatis uiribus humanis, necessariò sequitur multiplex extenuatio beneficij Christi. Nam & conuersio tribuitur partim humanarum uirium cooperationi, partim Libero Arbitrio, ac deniq; Spiritui Sancto, nec soli DEO, cui debetur omnis laus, in solidum adscribitur.

Tertiò, non expenditur ex quanta morte nos Christus eripuit, nempe ex ea longè tristissima conditione ac statu, cum essemus hostes DEI, non tantum reatu, sed & innata malitia, cōtemptu ac extremo odio Dei, in ipso corde nostro ac uisceribus nostris feruente.

Fit igitur, ut tales doctores sentiant, Christum esse tantum medicum ægrotorum, non etiam suscitatorem mortuorum, & hostium omnipotentis Dei reconciliatorem, & potentem restitutorem aut refusorem ex imagine Diaboli, in quā homo fuerat in primo lapsu transformatus, in imaginem Dei, ad quam pij quotidie magis atq; magis reformantur.

Quartò, quòd seriò ac acriter sit isti errori repugnandum, & magni sit momenti, etiam inde intelligere possumus: quia Papistæ tanquā fundamentum suarum blasphemiarū summa animi promptitudine & applausu, Synergiam liberi Arbitrij comprobant & testantur, eius patronos in ea parte secum prorsus sentire. Videat qui uolet primum Tomum Theologorum Louaniensiū, uolumen Lindani, Osij, & aliorum recentium Pontificiorum scriptorum libros.

Quintò, si non est magni momenti ista controuersia de libero Arbitrio, cur de ea iam annos totos 40. adeò uehementer tantoq; cum uitæ ac fortunarum periculo cum Papistis concertauimus? Certè Lutherus instaurator ueræ Religionis adeò hoc dogma oppugnauit, ut diceret, Defensores liberi Arbitrij esse ipsius

Iesu Christi unici Seruatoris abnegatores. Sic & Brentius, ac Vuirtembergica Confeßio liberum arbitrium ualde accusat & damnat.

Deniq; Christus & Paulus, imò tota scriptura acerrimè oppugnat liberum arbitrium, nec contenta est ei ademisse omnes bonas uires, etiam contrarias intensißimas ei ubiq; adscribit, adeò ut dicat cor humanum esse lapideum, adamantinum, tantum ad malum pronum, præcepsq; ruere inde ab infantia, habere DEVM ac uerum Religionem pro stultitia, concupiscere aduersus eum, militare perpetuo acriter cōtra legem Dei, idq; etiam in renatis, & deniq; extremè odisse DEVM.

Cum igitur Scriptura tantopere non tantum extenuet, uel potius tollat omnes bonas uires liberi arbitrij, sed etiam contrarias ei adscribat extremè malas, non est profectò dubium, hanc controuersiam magni momenti esse. Christus quidem adeò detestatur liberi arbitrij lucem eiusq; patronos, ut dicat Iohan. 9. Quia dicitis, uidemus, ideo peccatum uestrum manet uobis, ostendens eos ob hoc ipsum suo beneficio prorsus carituros esse, quia nolebant agnoscere, se non tantum coecos, sed etiam mancipia Satanæ ac peccati esse. Iohan 8. & 9.

DE ADIAPHORISMO.

ADiaphorismus extenuatur à suis Patronis, & qui semet eo impiè contaminauerunt, quòd nihil planè in eo sit actum de doctrina, sed tantum de

tum de medijs seu Adiaphoris *rebus, quæ sint in potestate ac arbitrio nostro.* Deinde *quod ea ipsa quæ in* Adiaphoris *acta consultáq; sint, optimo consilio & animo sint acta, sine omni mala appendice, aut conditione, quæ eam actionem uitiare potuisset.*

Contra igitur sciendum est, esse actum in Adiaphoricis *conciliationibus, etiam de doctrina et alijs partibus* Religionis *minimè* Adiaphoris.

Asseritur enim ibi liberum arbitrium atq; ita extenuatur originale malum, ut mox initio Lipsici INterim *apparet.*

Asseritur item operum necessitas ad salutem. Nec quoq; obscurè fides formata approbatur. Particula SOLA *abijcitur, & loco eius dicitur etiam nos præcipuè per Christum iustificari, ut disertè ex ipsorum impressis libris probari potest, & multis Scriptis hactenus est probatum.*

In doctrina de pœnitentia omittitur FIDES, *sicut & in doctrina de Sacramentis, de qua re acriter annis* 40. *cum aduersarijs depugnatum est.*

Contra uerò enumeratio partium pœnitentiæ planè Papisticam pœnitentiam esse comprobatam ostendit, nam hasce tres partes ponit, Rew / Beicht / vnd was dem anhengig ist / Almusen geben / beten / fasten. *Quibus clarè papisticam satisfactionem constabiliunt, illa enim est adiuncta aut appensa Confessioni & absolutioni, & consistit in prædictis triplicibus*

operibus

operibus, precatiunculis, ieiunio & eleemosynis.

Septem Sacramenta Papistarum non obscure restituunt, enumeratis ijs ordine, unctionem extremam disertè iubent fieri, & confirmationi Spiritum Sanctum alligant.

Nec parua uestigia aut semina Missæ insunt illi formulæ, nam clare restituuntur omnes eius partes, & non tantum communio, sed etiam Missa fieri distinctis uocibus iubetur.

In partibus autem Missæ, sub uoce, consecratio uidentur canonem occultare, quod etiam ipse Menius cum alijs Thuringicis Theologis in suo iudicio Vuitebergæ ædito, reprehendit.

An obsecro hæ sunt paruæ corruptelæ ueræ nostræ doctrinæ? Qua igitur fronte conscientia aut modestia audent isti negare esse quicquam de doctrina in Adiaphoris actum?

Iurisdictionem summo Episcopo, Papæ & alijs ordinarijs disertè restituunt. Quæ sola res nostras Ecclesias funditus perdere potest. Regnarent enim illi lupi pro arbitrio: Nec fuit hoc simulatum consilium. Voluit etiam olim Augustæ Anno 30. Phil. eodem modo gubernacula Ecclesiæ Christi tradere Episcopis, quod tum eius Chyrographo, tum & Sleidani historia probare possumus.

Cantiones omnes uulgaris sermonis & fermè totum usum noti sermonis, præterquam in Concio-

ne ex Ecclesijs exploserant. Quæ etiam longè tristissima corruptela ueræ Religionis est. Deinde quod ad Cæremonias attinet, seu in rebus medijs multipliciter & grauissimè peccarunt. Omnes enim illæ mutationes fuerunt factæ in gratiam Antichristi, eius Pseudoepiscoporum & satellitum fuerunt coniunctæ cum ingenti scandalo, coactione impiorum. Fuerunt ab Aduersarijs exactæ cum opinione cultus, præbuerunt occasionem instaurandi omnes impietates pontificias, præbuerunt tristissimum exemplum omni posteritati, similiter Religionem ueram cum falsis commiscendi, aut potius eam ad illas inflectendi & transformandi. Mutatæ sunt optimæ ac ad ædificationem utilissimæ Ceremoniæ in alias inutiles, ne dicam noxias, cum Adiaphororum hic ipse finis sit, ac esse ex præscripto omnipotentis Dei debeat, ut ædificationi seruiant.

Adiaphoricæ quoq; illæ mutationes etiam leuissimarum rerum, priuarunt Ecclesiam sua libertate, ipsi à Christo donata, in qua stare deberet, uel cum omnis generis calamitatum & crucis toleratione. Nam omnes illæ deformationes factæ sunt ex mandato persequutorum, inuita, reclamante & gemente Ecclesia, ac pijs Doctoribus, et deniq; ipso Spiritu Sancto in pusillorum Christi cordibus.

Quis uerò pro dignitate deplorare posset tristissima mala ex illis deformationibus sequuta, nempe horrendam contristationem Spiritus in piorum cordibus, impeditio-

impeditionem inuocationis multorum piorum, ignominiam nominis diuini, ueræ Religionis ac Ecclesiæ, horrendam perturbationem rectè constitutarum Ecclesiarum, persecutionem syncerorum Doctorum & piorum auditorum, confirmationem impiorum in sua impietate, & languefactationem rectè sentientium, causam, occasionemq; totalis defectionis, multorum non tantum singulorum hominum, sed & integrorum coetuum?

Quis item distractionem animorum ac uoluntatum, dissidia ac certamina, omissionem Confessionis, uacillationem, pollutionem cum Babylonica bestia, et alia innumera peccata, irã Dei, ac pœnas inde profectas, et profecturas non tantum in illos peccantes, sed & alios? Quis inquam queat satis expendere, & tantorum malorum magnitudinem deplorare aut accusare?

Deniq; si considerentur defensiones Adiaphorismi, præsertim autem liber Actorum, animaduertetur profectò, patefactas esse amplissimas fores aut ualuas ad omnes conciliationes, commixtiones ac planè Samariticas confusiones Religionum, uel potius ad euertendam & transformandam ueram Religionem in falsas, quandocunq; modò sese aliquis tyrannus contra Christum ac ueram Religionem extulerit, & aliquam uel mediocrem persecutionem inchòauerit, aut etiam solummodò ostenderit, & Religionis commutationem flagitauerit. Nam ut omittamus alia huius impij ædificij funda

poris Christi in cœna statuere: tamen & ipsi in hoc à nobis longissimè differunt, quòd sacrosanctum Testamentum filij Dei ita peruertunt, ut cum ille omnipotens & ueracissimus Dominus dicat, HOC EST CORPVS MEVM, illi per suam Metonymiam, quam nusquam non inculcant, ita omnia transforment, ac si Dominus dixisset, Hoc est signum corporis mei, quod pro uobis traditur. Clarissimè sane id uolunt, dum semper contendunt inesse textui Metonymiam, & poni uocem rei significatæ pro eius signo, imò etiam carnem Christi cœlo alligant, & quod tantum efficacia corporis & sanguinis Christi ex cœlo alligant, & quod tantum efficacia corporis & sanguinis Christi ex cœlo spiritualiter ad utentes cœna pertingat. Ludunt quidem uerborum præstigijs, quasi nobiscum sentiant, sed mox quod dextra porrexerant ac dederant, sinistra rursus auferunt.

Quinto. Negari igitur nullo pacto potest, & utrinq; id clarissimè affirmatur & confirmatur, nos à Caluinianis potissimum in hisce tribus maximi momenti sententijs aut rebus differre. Quòd primum illi tantum spiritualem & internam quandam communionem statuant: Nos uerò etiam externam, corporalem seu Sacramentalem: Secundò quòd isti uolunt nos tantum fide, aut credendo manducare corpus & sanguinem Domini, sicut olim Adam & Abraham ante natum Christum: Nos uerò etiam manducando ac bibendo ore, sia

que sicut non potuit ante natiuitatem sumi: Tertiò illi uolunt tantùm uere pios sumere, nos uerò dicimus etiam hypocritas, & quicunq; accedunt ad sacrosanctam communionem corporis & sanguinis, percipere.

Hæc sane magna sunt discrimina rerum aut sententiarum ipsarum, non tantum uocum, quæ abundè ostendunt, non esse inanem aut ociosam & inutilem λογομαχίαν *in controuersia de cœna Domini. Nec obstat, quòd Lutherus alicubi dicat, esse disputationem de Verbis cœnæ aut Testamenti Christi. Est quidem de uerbis lis. Sed tamen de uerbis Christi, non humanis, & quidem talis disputatio, ut ex uerbis res porrò accipiantur, & ex diuerso intellectu uerborum etiam diuersæ, uel potius contrariæ sententiæ de rebus ipsis exoriantur.*

Esse porrò graue, maximiq; momenti certamen hoc de re Sacramentaria, inde apparet, primò quia, si in humanis rebus nihil haberi solet sanctius Testamento, nullumq; grauius crimen, quàm falsare testamentum alicuius, multo profectò magis id in rebus diuinis sentiendum ac statuendum est.

Deinde cum is, qui indignè Christi corpus manducat, sibimet perniciem accersat, quis dubitat eum indignißimè manducare ac bibere, qui Testamentum Christi falsificat, quiq; non credit filio Dei affirmanti, se illi uerè dare suum corpus ac sanguinem, sed impiè sentit, esse ibi tantùm purum panem ac uinum. Corpus

tem, ut sit plane impoßibile quenquam sine eis saluari seu quod bona opera sint causa sine qua non. Nos uero contra cum Paulo & tota Scriptura asseramus, hominem iustificari & saluari fide penitus, sine bonis operibus, iustificari et saluari peccatorē, item impium, et deniq; nō operantē, ut ipsamet scriptura diserte loquitur.

Tertiò, nihil obstat, nec id tollit certamen, quod Maioristæ uarie sese sursum atq; deorsum torquendo aliquando aliquas tolerabiles glossulas aut interpretatiunculas comminiscuntur, ut cum dicunt, se sentire, q bona opera debeant sequi, ut fructus aut effectus, salutem. Solent enim sic impij seductores se suosq; errores ornare ac pingere, & aliquando etiam aliquid boni, aut bonum aliquem sensum simulare, ut modo quod uolunt præcipue, nempe suorum errorum fundamenta, obtineant & retineant. Quo artificio nunc Papistæ potißimum simplices ac pusillos Christi decipiunt, & suos errores propugnant.

Quare si maioristæ rectè ac nobiscum sentiunt, tollant & damnent sua illa impia dogmata, de operum necessitate ad salutem, quæ dum damnare nolunt, perspicue ostendunt se à nobis dißentire, & fraudolenter suis illis uerisimilibus glossulis, quæ manifeste cum textu erroris sui pugnant, nobis imponere sub specie boni uerìq; conari.

Vltimo. Qui non esset maximi momenti certamen, cum eorum dogma prorsus cum Papisticis articuli

ticuli iustificationis corruptelis congruat? Quod proba batur non solum ipsorum Papistarum testimonio, publicis scriptis & sermonibus id pro suo dogmate agnoscentium, & in eo acquiescentium: Sed etiam ipsa euidenti rei ueritate.

Nam primum nullius prorsus momenti est illa elusio, quòd isti dicunt; dicimus opera esse necessaria ad salutem, non ut meritum salutis; sed ut debitum, & quia alioqui ad salutem requirantur. Nam, teste Luthero super Genesin & etiam ipso Menio contra Anabaptistas, talis glossula aut fucus non sufficit, nec tollit errorem eius sententiæ, quò minus ea illaqueet; inuoluat, & intricet conscientias ad æternum exitium, & gloriam Christi blaspheme imminuat.

Non enim est recens ista impostura aut fucus. Nam iam olim Anabaptistis fuit usitata. Quare et Menius, & Lutherus, ut dixi, diserte eam reijciunt & condemnant, ut meram fraudem, & diabolicam deceptionem aut sophisma. Quorum de hac re testimonia prolixè in Apologia contra Menium citaui.

Deinde nec illa quidem impostura istorum admittenda est, quòd dicunt suam sententiam in eo differre à Papistica, quia Papistæ requirant; Bona opera ut merentia iusticiam ac salutem: se uerò tantum ut debita quædam aut alioqui necessaria ad uitam. Nam etiam ipse Thomas Aquinas excludit operum meritum ad iustitiam ac salutem. Hæc enim sunt eius uerba

Ephes. 2.

Ephes. 2 *Non ex operibus scilicet præcedentibus, hoc donum meremur aliquando, quod saluati sumus, quoniam hoc ex gratia, ut suprà dictum est, secundum illud* Ro. 11. *Si gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Subdit autem rationē, quare Deus saluet homines per fidem absq; meritis præcedentibus, ut nè quis glorietur in seipso, sed tota gloria in Deum referatur*. Psal. 113 *Non nobis Domine non nobis &c. Similes sententias eius Scriptoris reperias super* Ro. 3. Tit. 3 *& sepe aliàs.*

Interim porrò Augustanum etiam magis omne meritum à nostris operibus ad solam Christi passionem aut obedientiam transfert. Hæc enim sunt eius uerba:

Wiewol Gott den Menschen gerecht macht NICHT aus den Wercken der Gerechtigkeit / die der Mensch thut / sondern nach seiner BARMHERTZIGKEIT / vnd das lauter vmb SONST / das ist / ohne sein VERDIENST / Also wer sich rhümen wil / das er sich ALLEIN in Christo rhümen sol / durch welches Verdienst ALLEIN er von dē Sünden erlöset / vñ gerecht gemacht wird. Doch handelt der Barmhertzige Gott nicht mit einem menschen / wie mit einem todten block / sondern zeucht jn mit sein willen / weñ er zu seinen jaren kompt. Deñ ein solcher empfehet dieselbigen wolthaten Christi nicht / es sey deñ / das durch die vorgehende gnade Gottes / sein Hertz vnd Will bewegt werde / den Sünden feind zu werden.

Hic audimus etiam clarè Thomam, Interim & omnes

nimò papistas optime ferre posse, ut bona opera ex causa efficiente aut merito excludantur, modò interea aliquo subtili fuco, aut artificio ita in iustitiam aut salutē inserantur & implicentur, ut sit impoßibile quenquam sine eis saluari, & aliqua ratione nostra salus ex bonis operibus dependeat.

Quare doctrina de tali operum neceßitate ad salutem, ut sine illis sit impoßibile quenquā saluari, omnino papistica est, & articulum iustificationis prorsus inficit ac corrumpit, quoquo modo externis glossulis fucorum aut pigmentorum ornetur & pingatur, eoq; merito atq; optimo iure tum olim ab ipsis Apostolis, tum postea post Apostolos in Ebionitis, teste Eusebio, à primitiua Ecclesia est damnata, tum deniq; etiam nostris temporibus à Luthero & alijs synceris Doctoribus ac Ecclesijs confutata & abiecta.

Falsißime ergò iactant isti huius erroris patroni, se oppugnare Papistarum errorem de iustificatione ac salute, quandoquidem in hac sententia tota illorum corruptela aut adulteratio huius articuli nunc quidem usitata penitus inest ac continetur, ut modo auditum est. Ideoq; patroni huius erroris reuera in hac quidem parte Papistæ sunt, uelint, nolint, negent aut confiteantur: Sicut & ipsimet Papistæ impreßis scriptis testantur, hoc dogma Maioris sibi ualdè probari, ut ipsis proprium ac genuinum.

DE SYNERGIA AVT LIBERO ARBITRIO.

QVod controuerſia de Libero Arbitrio non ſit leuis momenti, ſatis probatum eſt in præfatione Sententiarum ac Teſtimoniorum de hoc ipſo articulo ex Lutheri ſcriptis collectorum, ac non ita pridem editorum, ubi & diſcrimen noſtræ & aduerſariorum ſententiæ utiliter adiectum eſt. Sed adijciemus & hic breuiter aliquot rationes.

Primum igitur obſeruandum eſt, quod hoc errore nimium extenuetur originale peccatum, & tota hominis corruptio. Nam amplificare uires & robur Liberi Arbitrij eſt omnino eleuare morbum ac malitiam hominis: ſicut contra extenuatis & abiectis uiribus Liberi Arbitrij neceſſario magnitudo originalis corruptionis eluceſcit. Extenuata porrò & obſcurata doctrina de originali malitia & corruptione, quis dubitat ſequi obſcurationem totius doctrinæ Chriſtianæ, quandoquidem ibi initium ac fons eius conſiſtit?

Secundò amplificatis & nimium prædicatis uiribus humanis, neceſſariò ſequitur multiplex extenuatio beneficij Chriſti. Nam & conuerſio tribuitur partim humanarum uirium cooperationi, partim Libero Arbitrio, ac deniq; Spiritui Sancto, nec ſoli DEO, cui debetur omnis laus, in ſolidum adſcribitur.

Tertiò, non expendunt ex quanta morte nos Christus eripuit, nempe ex ea longè tristissima conditione ac statu, cum essemus hostes DEI, non tantum reatu, sed & innata malitia, cōtemptu ac extremo odio Dei, in ipso corde nostro ac uisceribus nostris feruente.

Fit igitur, ut tales doctores sentiant, Christum esse tantum medicum ægrotorum, non etiam suscitatorem mortuorum, & hostium omnipotentis Dei reconciliatorem, & potentem restitutorem aut refusorem ex imagine Diaboli, in quā homo fuerat in primo lapsu transformatus, in imaginem Dei, ad quam pij quotidie magis atq; magis reformantur.

Quartò, quòd seriò ac acriter sit isti errori repugnandum, & magni sit momenti, etiam inde intelligere possumus: quia Papistæ tanquā fundamentum suarum blasphemiarū summa animi promptitudine & applausu, Synergiani liberi Arbitrij comprobant & testantur, eius patronos in ea parte secum prorsus sentire. Videat qui uolet primum Tomum Theologorum Louaniensiū, uolumen Lindani, Osij, & aliorum recentium Pontificiorum scriptorum libros.

Quintò, si non est magni momenti ista controuersia de libero Arbitrio, cur de ea iam annos totos 40. adeò uehementer tantoq; cum uitæ ac fortunarum periculo cum Papistis concertauimus? Certè Lutherus instaurator ueræ Religionis adeò hoc dogma oppugnauit, ut diceret, Defensores liberi Arbitrij esse ipsius

Iesu

Iesu Christi unici Seruatoris abnegatores. Sic & Brentius, ac Vuirtembergica Confeßio liberum arbitrium ualde accusat & damnat.

Deniq; Christus & Paulus, imò tota scriptura acerrimè oppugnat liberum arbitrium, nec contenta est ei ademisse omnes bonas uires, etiam contrarias intensißimas ei ubiq; adscribit, adeò ut dicat cor humanum esse lapideum, adamantinum, tantum ad malum pronum, praecepsq; ruere inde ab infantia, habere DEVM ac ueram Religionem pro stultitia, concupiscere aduersus eum, militare perpetuo acriter cõtra legem Dei, idq; etiam in renatis, & deniq; extremè odisse DEVM.

Cum igitur Scriptura tantoperè non tantum extenuet, uel potius tollat omnes bonas uires liberi arbitrij, sed etiam contrarias ei adscribat extremè malas, non est profectò dubium, hanc controuersiam magni momenti esse. Christus quidem adeò detestatur liberi arbitrij lucem eiusq; patronos, ut dicat Iohan. 9. Quia dicitis, uidemus, ideo peccatum uestrum manet uobis, ostendens eos ob hoc ipsum suo beneficio prorsus carituros esse, quia nolebant agnoscere, se non tantum coecos, sed etiam mancipia Satanae ac peccati esse. Iohan 8. & 9.

DE ADIAPHORISMO.

ADiaphorismus extenuatur à suis Patronis, & qui semet eo impiè contaminauerunt, quòd nihil planè in eo sit actum de doctrina, sed tantum de

tum de medijs seu Adiaphoris *rebus, quæ sint in potestate ac arbitrio nostro.* Deinde *quod ea ipsa quæ in* Adiaphoris *acta consultaq; sint, optimo consilio & animo sint acta, sine omni mala appendice, aut conditione, quæ eam actionem uitiare potuisset.*

Contra igitur sciendum est, esse actum in Adiaphoricis *conciliationibus, etiam de doctrina et alijs partibus* Religionis *minimè* Adiaphoris.

Asseritur enim ibi liberum arbitrium atq; ita extenuatur originale malum, ut mox initio Lipsici INterim *apparet.*

Asseritur item operum necessitas ad salutem. Nec *quoq; obscurè fides formata approbatur.* Particula SOLA *abijcitur, & loco eius dicitur etiam nos præcipuè per Christum iustificari, ut disertè ex ipsorum impressis libris probari potest, & multis Scriptis hactenus est probatum.*

In doctrina de pœnitentia omittitur FIDES, *sicut & in doctrina de Sacramentis, de qua re acriter annis* 40. *cum aduersarijs depugnatum est.*

Contra uerò enumeratio partium pœnitentiæ planè Papisticam *pœnitentiam esse comprobatam ostendit, nam hasce tres partes ponit,* Rew / Beicht / vnd was dem anhengig ist / Almusen geben / beten / fasten. *Quibus clarè papisticam satisfactionem constabiliunt, illa enim est adiuncta aut appensa* Confessioni *& absolutioni, & consistit in prædictis triplicibus*

operibus

operibus, precatiunculis, ieiunio & eleemosynis.

Septem Sacramenta Papistarum non obscure restituunt, enumeratis ijs ordine, unctionem extremam disertè iubent fieri, & confirmationi Spiritum Sanctum alligant.

Nec parua uestigia aut semina Missæ insunt illi formulæ, nam clare restituuntur omnes eius partes, & non tantum communio, sed etiam Missa fieri distinctis uocibus iubetur.

In partibus autem Missæ, sub uoce, consecratio uidentur canonem occultare, quod etiam ipse Menius cum alijs Thuringicis Theologis in suo iudicio Vuitebergæ ædito, reprehendit.

An obsecro hæ sunt paruæ corruptelæ ueræ nostræ doctrinæ? Qua igitur fronte conscientia aut modestia audent isti negare esse quicquam de doctrina in Adiaphoris actum?

Iurisdictionem summo Episcopo, Papæ & alijs ordinarijs disertè restituunt. Quæ sola res nostras Ecclesias funditus perdere potest. Regnarent enim illi lupi pro arbitrio: Nec fuit hoc simulatum consilium. Voluit etiam olim Augustæ Anno 30 Phil. eodem modo gubernacula Ecclesiæ Christi tradere Episcopis, quod tum eius Chyrographo, tum & Sleidani historia probare possumus.

Cantiones omnes uulgaris sermonis & fermè totum usum noti sermonis, præterquam in Concio-

ne ex Ecclesijs exploserant. Quæ etiam longè tristissima corruptela ueræ Religionis est. Deinde quod ad Cæremonias attinet, seu in rebus medijs multipliciter & grauissimè peccarunt. Omnes enim illæ mutationes fuerunt factæ in gratiam Antichristi, eius Pseudoepiscoporum & satellitum fuerunt coniunctæ cum ingenti scandalo, coactione impiorum. Fuerunt ab Aduersarijs exactæ cum opinione cultus, præbuerunt occasionem instaurandi omnes impietates pontificias, præbuerunt tristissimum exemplum omni posteritati, similiter Religionem ueram cum falsis commiscendi, aut potius eam ad illas inflectendi & transformandi. Mutatæ sunt optimæ ac ad ædificationem utilissime Ceremoniæ in alias inutiles, ne dicam noxias, cum Adiaphororum hic ipse finis sit, ac esse ex præscripto omnipotentis Dei debeat, ut ædificationi seruiant.

Adiaphoricæ quoq; illæ mutationes etiam leuissimarum rerum, priuarunt Ecclesiam sua libertate, ipsi à Christo donata, in qua stare deberet, uel cum omnis generis calamitatum & crucis toleratione. Nam omnes illæ deformationes factæ sunt ex mandato persequutorum, inuita, reclamante & gemente Ecclesia, ac pijs Doctoribus, et deniq; ipso Spiritu Sancto in pusillorum Christi cordibus.

Quis uerò pro dignitate deplorare posset tristissima mala ex illis deformationibus sequuta, nempe horrendam contristationem Spiritus in piorum cordibus,

impeditio-

impeditionem inuocationis multorum piorum, ignominiam nominis diuini, ueræ Religionis ac Ecclesiæ, horrendam perturbationem rectè constitutarum Ecclesiarum, persecutionem syncerorum Doctorum & piorum auditorum, confirmationem impiorum in sua impietate, & languefactationem rectè sentientium, causam, occasionemq; totalis defectionis, multorum non tantum singulorum hominum, sed & integrorum coetuum?

Quis item distractionem animorum ac uoluntatum, dissidia ac certamina, omissionem Confessionis, uacillationem, pollutionem cum Babylonica bestia, et alia innumera peccata, irã Dei, ac pœnas inde profectas, et profecturas non tantum in illos peccantes, sed & alias? Quis inquam queat satis expendere, & tantorum malorum magnitudinem deplorare aut accusare?

Deniq; si considerentur defensiones Adiaphorismi, præsertim autem liber Actorum, animaduertetur profectò, patefactas esse amplissimas fores aut ualuas ad omnes conciliationes, commixtiones ac planè Samariticas confusiones Religionum, uel potius ad euertendam & transformandam ueram Religionem in falsas, quandocunq; modò sese aliquis tyrannus contra Christum ac ueram Religionem extulerit, & aliquam uel mediocrem persecutionem inchoauerit, aut etiam solummodò ostenderit, & Religionis commutationem flagitauerit. Nam ut omittamus alia huius impij ædificij funda

menta solum hæc sex expendantur, quæ una cum alijs splendidè & copiosè in Actis ipsorum defenduntur & celebrantur.

1. *Quod quicunq; per sese impia non sunt, ea etiam ratione circumstantiarum impia fieri nequeant.*

2. *Quod alias non sit magis tempus Confeßionis quam alias, semperq; perinde liceat ceremonias, ritusue mutare ac instituere, & exempli gratia, quod perinde licuerit. Titum circumcidere, cum id Paulus facere recusauit, ac Timotheum.*

3. *Quod liceat ueram Ecclesiam & Religionem cum impia in omnibus Adiaphoris conformare.*

4. *Quod Adiaphororum aut Cæremoniarum Ecclesiæ finis ac scopus sit pax politica aut uentris.*

5. *Quod liceat uitandæ Crucis ac persequutionis gratia Adiaphora pro nostro arbitrio in Ecclesia immutare.*

6. *Quod Ecclesia teneatur in mutandis Adiaphoris etiam impio, & à uera Religione alieno Magistratui obedire.*

Hisce & similibus fundamentis mutationum & deformationum Religionis iactis, & ad omnem posteritatem propagatis, nec nunc à tota Ecclesia condem-

demnatis, accedente etiam exemplo proximi Adiaphorismi, qui non tantum unius Philippi, aut unius alterius ac Schola Vuitebergensis ac Lipsensis fuisse prædicabitur, sed totius Germaniæ, omniumq; Ecclesiarum hoc florentissimo tempore, quandoquidem nulla illud clarè ac solenniter condemnat, accedente etiam Epicureismo & profanitate hominum, qui crescit in immensum, quid non tantum audebit posteritas? Præsertim irruentibus tyrannis & persecutoribus.

Certe hinc meridiana luce clarius apparet, sequuturam ex hisce fontibus aut fundamentis plenam, ac ut ita dicam, totalem ueræ ac Synceræ pietatis ruinam.

Sed si omnino non creditur nobis de magnitudine mali Adiaphoristici, at credatur saltem ipsorum Adiaphoristarum testimonijs de isto suo impio ac blasphemo ædificio.

Sic enim ipsimet de eo pronunciauerunt in oratione recitata in promotione Isinderi anno 1548. Cum maximè urgerentur Theologi, ut Adiaphora præformarent. Inquit enim ibi Philippus de Adiaphorismo, Nam & illi ipsi, qui iam ueram doctrinam nouis præstigijs corrumpere conantur, hoc prætextu se commendant, res easdem se afferre dicunt, tantum ritus quosdam externos pacis, ac

concor-

cõcordiæ causa restituẽdos esse. (agnoscitur uox Adia phorismi.) Hanc imposturam nisi adhiberent, nemo eos audiret. Si sunt res eædem, cur isti Agyrtæ turbant Ecclesias? Si non sunt res eædem, fateantur nos habere causam necessariam, cur illis non assentiamur. Non leuis est res mutatio Religionis, & hoc præsertim tẽpore, struuntur insidiæ ueritati non uulgari Sophistica. Reuocãtur aliqui manifesti abusus, &c.

Vocat item eas Conciliationes pomum contentionis, quæ sint magnis turbis occasionem daturæ. Sauciare eas dicit conscientias & impedire inuocationem Dei. Deniq; grauiter monet omnes, ut illis constanter resistant, propter gloriam Dei, propter salutem Ecclesiæ et nostram inuocationem ac conscientiam.

In impressa Epistola ad Hamburgenses de Adiaphoris clare confitentur & affirmant, potentes sub umbra ac specie cæremoniarum et disciplinæ, conari facere inclinationem ad totum Papatum, item eos restitutione, inutiliũ ceremoniarum aditum Papisticis abominationibus facere.

Fatentur etiam se suasisse seruitutem in Cæremonijs, in qua tamen ipsa parte nobis sanguine Christi libertas parta est. Contra illi uoluerunt Ecclesiam sponsam Christi seruire agnito Antichristo.

In Epistola ad Carlouitium grandia ac tetra de sua uoluntate, & Adiaphorismo confitetur Philippus, quæ ibi legat quicunq; uolet.

Iudicium

Iudicium Menij de Adiaphoris & Lipsico Interim est Vuitebergæ anno 1558 impressum. In eo profecto tetra de Adiaphoricis conciliationibus affirmat, tum in genere de toto instituto, tum in specie de singulis Lipsici libri articulis. Dicit tam non obediendum esse Cæsari in Adiaphoris, quàm non deserenda uera doctrina. Affirmat per illum Adiaphorismum abnegari et etiam blasphemari ueram Religionem & Deum ipsum, exæquari homines potentes Deo, & perinde adorari.

Inter alia & hæc sunt eius uerba de Adiaphorismo. Das ist so viel, als wenn wir mit der that revociren, vnd als Vnchristlich, vnrecht, vnd irrig widerruffen, alles was wir bisher gethan vnd gelert habē. Dicit cedere una particula Adiaphororum esse ipsissimum semet subijcere Antichristo & diabolo ipsi.

Deniq; aßerit per Adiaphora Christum cum Belial conciliari, & tum Deum, tum & Cæsarem derideri, ac ludibrio haberi. De singulis porrò articulis Lipsici Interim itidem grandia & tetra dicit, quæ breuitatis gratia nunc omittemus.

Philippus in Epistola ad Illyricum anno 56 scripta, & Vuittebergæ postea edita claré testatur in Adiaphoricis deliberationibus asperé flagitatum eße à se, ut consentiat in Canonem & Missam, & alias magnas res, sed se dixisse aulicis, eos impoßibilia petere, quæ ab alijs nequaquam impetrari poterunt. Fatetur etiam à se

grauiter

grauiter peccatum, & à Deo ueniam petit, quod non fugerit procul illas insidiosas deliberatiANes. Alesij testimonium de corruptelis Adiaphoricis Lipsiæ tempore illarũ Conciliationum in schola dictatũ extat æditũ.

In æditis actis Adiaphoricis, in narratione Conuentus Misnensis habiti, clarè recitatur tale testimonium de illis conciliationibus & mutationibus, quod per eas perturbabuntur Ecclesiæ, perturbabuntur conscientiæ, impedietur uera inuocatio, magnæ discordiæ in illis terris & Ecclesijs excitabuntur, grauißima scandala exorientur, & omnino magnæ dißipationes Ecclesiarum inde consequentur.

In eisdem æditis Actis & hæc scribunt Theologi de suis illis Adiaphoricis mutationibus. In tanta Ecclesiarum dißipatione & mœsticia optarim, quam minimum fieri mutationum, semper enim etiam tranquillis temporibus aliquid est in mutatione incommodi.

Nunc multò magis dolore afficiuntur bonæ mentes, cum uident tales mutationes institui, quæ significant inclinationem ad inimicos nostros, quos certum est defendere uitiosos cultus. Propter hanc inclinationis opinionem triumphant & confirmantur inimici, & inter nos multi languefiunt, & in dubitationem abducuntur. Quare suasores mutationis grauiter accusantur, & iudicantur scandalorum insignium autores esse, uidelicet languefactionis in ea parte, quæ rectè sentit, & confirmationis errantium, deniq; & ob-

obſcurationis ueritatis & gloriæ Dei. Hæc non ſunt exigua mala, de quibus poſtea rurſus dicendum eſt. An quæſumus, hic leuia mala Adiaphoricæ peſti ab ipſiſmet autoribus adſcribuntur?

Verum ne ſimus nimium prolixi, unicum adhuc addemus ex eiſdem Actis, ex capite de conuentu Begenſi, ubi fermè omnia fuerunt conciliata præter Canonem. Pronunciant igitur concludentes ſuam deliberationem hiſce uerbis.

Tota hæc fucoſa conciliatio, tantum eſt Canonis ſtabilitio, & impiorum cultuum, & approbatio ſæuitiæ in Belgico & alibi, ſiue iam, ſiue poſtea talem Conciliationem facient Principes. Sed tutius eſt abeſſe ab eorum conſilijs, & retinere incorruptam ueritatem.

En, ſi nobis non putant aliqui credendum eſſe, credant ipſimet Adiaphoriſtæ de ſuo opere ac toto Adiaphoriſmo æditis ſcriptis teſtantibus, unde liquidè animaduerti poteſt, Adiaphoriſmum nequaquam rem paruam, aut negligendam eſſe.

Daniel Propheta cap. 12. Et Apocal. 13. & 14. indicant fore, ut Antichriſtus etiam poſt ſui patefactionem & labefactationem denuò ſeſe armet, Eccleſiam Dei oppugnet, ac conetur priſtinas uires, potentiam ac dignitatem recuperare, & quod multi, qui prius ueræ Eccleſiæ adhæſerant, ſint denuo ad eũ defecturi, eumq́; ſedulo adiuturi.

Item, quòd ipſe ſit imaginem læſæ beſtiæ, ſimilem

milem tamen etiã agno fabricaturus, quam omnes adó rent, et eius adoratoribus sit characterem, in fronte, ac manibus daturus, sine quibus nemo sit tutus futurus, cui tamen imagini & characteribus sint aliqui pij doctores contradicturi. Ea imago bestiæ similis agno, omnino est ipsum INTERIM, sicut Tu, ut sit imago Papatus, & tamen etiam agnum simulans, & eius notæ, characteres, ac nomen sunt ipsa Adiaphora. Ista omnium rerum euidentia & ordo cogit, ut Prophetias illas iam perspicuas de præsentibus rebus intelligamus.

Quare præsentes motus non temere uoluuntur aut aguntur, ut multi securi somniant, nec ista certamina contra scortationem aut collusionem cum agnita meretrice Babylonis, ullo modo sunt extenuanda. Sed sunt iam olim diuinitus præuisa, ac ingẽti misericordia Dei prædicta, quo omnes ueræ pietatis cupidi sibi ab eis cauere possent.

Apocalypsis sane etiam ipsum tempus durationis, aut præcipuæ grassationis Interim indicat. Docet etiã post reuelationem Euangelij sequuturos alios Angelos, qui clament, Cecidit, Cecidit Babylon. Item si quis bestiam, aut eius imaginem adorauerit, aut eius characterem in fronte aut manu acceperit, ille bibet de uino furoris Dei. Væ igitur illis, qui ista certamina extenuant, aut angelis clamantibus, Exite, exite, cecidit, cecidit Babylon, os prælaq; obstruere conabuntur & conantur.

Summa, si reuelatio Antichristi ingens beneficium Dei est, necesse est etiā Adiaphoristicam collusionē aut scortationē, quæ prorsus quiddā contrariū est, ingentē impietatem cōtinere, Plurimum enim Antichristi pate factionem obscurat.

Certe hoc inde mali in hodiernam usq; diem, habemus, ut sit apud multos prorsus dubium, an Papa sit Antichristus, aut non, & multi ac magni nullum nefas esse putent, si eum adorent, ab eo Episcopatus ambiant, eiq; se prorsus deuoueāt, dedant ac horrēdis iuramentis cōtra ueram doctrinā & eius sectatores obstringāt et addicāt. Vnde tamē non tantū Ecclesiæ ac ueritati, sed etiam ipsi politiæ, totiq; Germaniæ extremū periculū est.

DE ANTINOMIA.

HAEC *pestis multiplex ac uaria est, latéq; grassans, si ulla alia, sed nos nunc tantum de duabus eius speciebus dicemus. Quarum quidem prior est, quod quidam dicuntur simpliciter, citraq; omnem exceptionem, negare omnē operum necessitatem. Quæ quidē doctrina extremè impia ac Epicurea est. Omnia enim ea quæ* DEVS *præcipit sunt necessaria & debet omnino creatura suo creatori obedientiā. Ad hoc enim ipsum omnis creatura conditur, ad hoc homo generatur & regeneratur, ac Spiritu sancto ornatur, nempe ad bona opera, ut in eis ambulet ac ea luceant coram hominibus, & glorificetur in eis Pater ipsorum cœlestis.*

Ne autem hoc debitum obedientiæ sit etiam ad salutem necessarium, eáue ullo modo inde dependeat, facit is, qui chirographa nostra, soluens pro nobis, suo preciosissimo sanguine aboleuit.

Sicut igitur dogma operum necessitatis ad salutem impium, ac in Christum ipsum blasphemum est. Ita e contrà omnino Epicurea impietas est, negare simpliciter omnem necessitatem operum aut obedientiæ.

ALTERA species Antinomiæ est, quod quidam uolunt salutarem pœnitentiam tantum ex Euangelio doceri debere, non ex lege. Quem errorem olim Lutherus piæ memoriæ refutauit ac condemnauit.

Hi uerò homines freti sunt ac fuerunt, tanq̃ primario suo fundamento illa cõmuni definitione, Euangeliũ est prædicatio pœnitentiæ & remissionis peccatorum. Quam tamẽ in genere esse de tota Christiana doctrina intelligendam, utpote ubi uox Euangelium pro tota doctrina Ecclesiæ ponatur, facilè & luculenter quidẽ probari potest ex Augustana Confessione & eius Apologia, ubi multus eius usus est, præsertim in recentioribus editionibus. Nam uetus Confessio eam planè nõ habet.

Eodem modo etiã definitionem & eius autor Phil. in publica disputatione anno domini 1548. & superiori anno in oratione de Ecclesia declarauit, quod uidelicet uocẽ Euangelij in genere pro tota doctrina accipiat. Vtinã uerò semper in eo permansisset, & nõ aliquãdo etiam aliter, nempe in specie de sola promissione ea

usus

usus fuisset, ut cum eam definitioni legis, ut parellelam opponere est solitus. Sed de hoc errore satis, quoniam eius magnitudo ac impietas hinc abunde patet.

DE OSIANDRISMO.

OSIAndri errores multi & crassi sunt, ab eoq; pertinacissimè usq; ad mortē defensi, præcipuè tamē ille ursit eū, qui est in articulo Iustificationis, ubi tū de essentia iusticiæ, qua iustificemur à nobis dissentit, tū & de modo eā ad nos applicandi. De primo tamen primarium certamen est.

Ibi ille quidem dicit materiam aut essentiā iusticiæ, qua coram Deo iustificemur, esse ipsam diuinā ac substantialē iusticiā patris, Filij & S. S. seu totius diuinitatis. Nos uerò contra sentimus, humiliationē, obedientem passionē, seu largissimam impletionē legis, agendo & patiendo præstitam, nobisq; per fidem imputatam esse iusticiam nostram. Quod certamen maximi momenti esse ex sequentibus cernitur.

1. Quia Osiander inuasit ex professo doctrinā omniū nostrarum Ecclesiarū. Re ipsa enim ac palpabiliter cognosci potuit, eū receptissimā doctrinā de imagine Dei, de uera iusticia, de reliquijs peccati, de modo apprehendendi uerā iusticiam, oppugnasse. Qui quidē eò usq; dementiæ, blasphemiæ, & impudentiæ progressus est, Vt nobis 14. iusticias à se inuicem diuersissimas tribuerit, & affirmarit insuper, nos planè nihil de renouatiōe hominis, aut Dei in pijs inhabitatiōe, et de noua obediētia

docere. Vnde & nostræ Ecclesiæ Religio, *ac doctores maximá iniuria affectæ sunt, & ingens scandalum innumeris est datum.*

Quare ut uera Religio Ecclesiæ, *& synceri doctores hac tam fœda ignominia liberentur, necesse est solenniter in aliqua* Synodo *contra Osiandrismum pronunciari.* Deinde *constat omnem conscientiam affectu iræ* Dei *& suæ iniusticiæ conterritam ac contritã contra quærere ueram iusticiam, quæ coram* Deo *subsistere, iustificari, & uita æterna frui poßit.* De *eo certè, quid sit uera hominis iusticia coram omnipotente* Deo *semper omnibus hominibus maximam litem ac cõtrouersiam fuisse omnibus negotiorum* Religionis *gnaris certo, indubitanterq́; constat.*

Tertiò, *quæ potest esse maior blasphemia, quam negare sanguinem, paßionẽ, aut totam obedientiam* Christi *esse uerã ac coram* Deo *ualentem iusticiam?* Quòd Osiander *summa uehementia usq; ad mortem scriptis ac ore contendit, frustra monentibus & uerbo* Dei *refutantibus illum tot* Doctoribus *ac* Ecclesijs.

Cui adiuncta est & illa blasphemia, quod contendit ualorem paßionis Christi breuis momenti fuisse, illamq́; nostram iusticiam paucißimis horis uiguisse. Taceo *nunc quod uoluit perinde, eademue omnino ratione diuinitatem in nobis habitare, ut in ipso* Iesu, *quod quid aliud fuit, quam ueros* DEOS *ex hominibus pijs facere, quodq; uoluit, nos remißionem peccatorum ante* 1500. *annos*

annos consequutos esse, anteq̃ uel nasceremur, uel omnino peccaremus, atq; ita omnino sine omni fide & petitione remißionis peccatorum, qui etiam longè perniciosißimus error est.

Quartò, Cum certum sit substantialem illam Dei iusticiam esse peccatoris ignem consumentem, contra uerò iusticiam obedientiæ aut paßionis esse eidem umbraculum ac tegmen contra illum ipsum ardentem ignem substantialis iusticiæ Dei, quid minus consultum ac salutare, imò quid perniciosius omnino esse ac excogitari prorsus posset, quam hominem iniustum ab illo salutari umbraculo iusticiæ obedientiæ ad illam substantialem seu ignem omnia consumentem abducere? Quòd reuera quidem est, ac eum ex gratia & Euangelio in legem & iram præcipitare?

Quintò, Cum multi fecerint se participes horrendi peccati Osiandri, eiusq; blasphemiarum in ueritatem, ac ueras Ecclesias, perturbationis Ecclesiarum, & multiplicium aliorum planè horribilium scandalorum, necesse est profectò eos scriptis, concionibus & aliquando etiam solenni condemnatione tanti erroris, de suis grauißimis peccatis admoneri, ut pœnitentiam agentes, & à Deo ueniam, condonationemq; propter filium eius petentes, in æternum salui fieri queant.

Sextò, Non esse rem parui momenti Osiandri controuersiam, nec scholasticam tantum rixam, ut aliqui forte somniant, & tantam hæresin graui erga DEVM

offensione, ac conscientiarum læsione extenuant, nec eam silentio & amnistia consopiendam esse, etiam inde statui potest, quod plurimi seducti homines, adhuc hodierna die partim in Prussia, partim et in medio Germaniæ ac alibi in eius errore perseuerant, & contra nostrarum Ecclesiarum doctrinam ac sententiam, ut teterrimam blasphemiam, detestantur. Qui etiam in uiam omnino essent reuocandi, ad quod quidem pietatis officium omnes Christiani tenentur & obligantur. Non possunt illi tam dextrè & facile sese ex eis laqueis expedire, ut forte alioqui ingeniosi ac literati homines possunt magno artificio eius errorem cum ueritate utrumq; adulterando, conciliare & contemperare.

Postremo quæ est ista modestia, aut ueritatis studium, affirmare, Osiandri errorem uel furorem potius esse tantum λογομαχίαν bellum grammaticale aut rixam scholasticam, cum & ipse Osiander cum suis sectatoribus ac auditoribus, et præterea omnes rectè sentiētes Ecclesiæ, earumq; Doctores & deniq; ipsi quoq; Papistæ serio & ex animo iudicēt & pronūcient maximi momenti litē, controuersiamq; esse, plurimumq; nostrā fidem ab eius opinione differre? Mirum sanè est, quenq̄ pati sibi contrarium ab uno aut altero, qui soli coeteris mortalibus plus se uidere somniant, cōtra omnium iudicia persuaderi. Vt uerò magis appareat discrimen nostræ ueræ doctrinæ, & erroris Osiandrici, aliquod paucas tantū antitheses breuitatis causa recensebimus.

Osiander

1. Osiander dicit differre redemptionem à iustificatione, Nos negamus siue solam applicationem, siue etiam acquisitionem respicias.

2. Osiander dicit nos ante annos 1500 nactos esse remißionem peccatorum, ut non sit opus quotidiana ingeminatione, Remitte, remitte nobis debita. Nos contra dicimus neminē eā ante fidē aut petitionē nancisci.

3. Osiander negat obedientiā Christi esse uerā iusticiam, nō eam, qua corā Deo iustificemur. Nos affirmamus.

4. Osiander negat remißionem peccatorum esse nostram iusticiam coram Deo, ob quam in æternum seruemur. Nos uero contra cum Paulo affirmamus.

5. Osiander uult iusticiam substantialem totius diuinitatis esse illam, qua in iudicio Dei iustificemur & saluemur. Nos id planè negamus.

6. Osiander uult iusticiam iustificantem esse intra nos, & eße iam simul quandam nostram nouitatem. Nos contra id pernegamus, & contra Papistas hactenus semper eam opinionem oppugnauimus.

7. Osiander uult nos sic iustificari, cum fides nostra per externum Dei uerbum eius internum uerbum, filium Dei apprehendit, & in nos infert, ita ut ille in nobis inhabitet, nosq; suæ substantialis iusticiæ communicatione quadam per carnem suam participes faciat. Nos contra dicimus ac docemus, sic fidem iustificare, quod promißiones de merito ac beneficio filij Dei apprehendit & nobis applicat.

Osiander ita & adeò extenuat reliquias originalis malitiæ in sanctis ut eas uni scintillæ comparet, quæ in mari substantialis iusticiæ Dei *submergatur & extinguatur: quæ extenuatio remanētis peccati omnino cum papistico errore conuenit:* At *nos semper hactenus contra* Papistas *scribendo & concionando pugnauimus et contendimus, esse ingentem ac potentem molem ueteris* Adami, *aut malitiæ in nobis, quæ acerrimè luctetur, ac militet in sanctis contra legem ac uoluntatem* Dei, *cuiq; perpetua petitione* Remißionis, *& etiam opis diuinæ sit summo labore ac diligentia repugnandum.*

9. *Osiander dicit Christum esse iusticiam nostram tantum secundum diuinam naturam, nos dicimus secundum utramq;.*

10. *Osiander contendit, sic omnino inhabitare in nobis totam diuinitatem corporaliter, sicut in ipso homine* Iesu, *unde sequitur, nos etiam perinde deos & adorandos esse, ut ipsum* Iesum, *in respo: contra* Philip. Nos *dicimus plurimum differre inhabitationem diuinitatis in* Iesu, *ubi* Deus *& homo est unus homo à nostra, ubi nequaquam est unio personalis, aut hypostatica duarum naturarum.*

11 *Osiander uult imaginem* Dei *esse totum hominem etiam secundum corpus, quatenus est similis ipsi homini* Iesu. *Nos dicimus tantum animam iustam ac rectam* DEVM *agnoscentem & amplectentem esse imaginem,*

12 *Osiander uult uerbum aut filium fuisse incarnandum, etiamsi homo nõ peccasset. At nos cum scriptura dicimus hanc esse propriam causam aduentus, & incarnationis filij Dei, quod uoluit destruere opera Diaboli in genere humano & conuulsum regnum Dei instaurare.*

Omittemus nunc breuitatis causa alios eius non leues errores. Hosce enim solos expendisse sufficiat.

Hic manifestè cernitur esse ingens discrimen, idq; in rebus maximis inter doctrinam Ecclesiæ Augustanæ confessionis, & Osiandri errorem, eoq; nequaquam piè facere eos, qui conformare ac cõciliare eius dogma cum nostris, atq; ita ipsum eiusq; errorem excusare, & quasi pallio quodam, ne cerni queat, contegere conantur.

De Stenckfeldismo non est admodum necesse dicere, aut eius, ac nostræ doctrinæ discrimẽ demonstrare, cum constet, eum indesinenter suis scriptis nostram Religionem, Ecclesiam, ac Doctores accusare & condemnare. Disertè uero ille negat DEVM nobiscum per uerbum & Sacramenta agere, aut fidem ex auditu, prædicatione uerbi seu sacrarum literarum proficisci. Qui etiam negat in uniuersum sacras literas esse uerbũ Dei, sed tantum mortuam, inanemq; literam eas esse blasphemo ore blaterat.

Doctrinam usitatam de communicatione Idiomatum damnat. In articulo iustificationis magis cum Papistis, quàm nobiscum sentit. Deniq; ei impietatis & fu

roris progreßus est, ut quandam suam uel alicuius sui complicis Postillam tueatur, ubi disertè in uniuersum Sacramentum Baptismi reijcitur, & ut inutile condemnatur. Sic & Sacramentum corporis Domini, in quo magna ex parte cum Cinglianis sentit, prorsus ab eo, eiusq; sectatoribus negligi ac intermitti, pro certò audimus.

Hæc de magnitudine præsentium controuersiarum, necessitateq; eis repugnandi, ac eas legitimè, summaq; diligentia per Synodum et disputationem, aut aliquam piam rationem diiudicandi, nunc dixisse sufficiat. Ne aliqui præsertim gubernatores aut ob difficultatem, istarum controuersiarum, aut etiam ob nimias occupationes sibi imponi ac persuaderi à quoq̃ patiantur, tanquam sint tantum quædam inutiles hominum contentiosorum rixæ, quæ sine omni difficultate ac crimine quoquo modò sopiri uel etiam silentio obrui ac sepeliri debeant.

DE AMNISTIA.

POstquam igitur ostensum est Religionis causas, de quibus nunc controuertitur, nequaquam paruas aut contemnendas esse, reliquum est, ut aliquid in genere de Amnistia dicamus, aut neglectione controuersiarum Religionis. Quod summa breuitate faciemus. Multæ uero ac grauißimæ causæ sunt, quare ea in Religionis negotijs ac disputationibus nequaquam sit admittenda.

Quarum quidem prima sit, quia præsentes controuersiæ magni momenti sunt, ut in præcedentibus abunde probauimus eæq; nullo modo negligendæ,

Secunda, quòd id conscientiarum ratio postulat, ut omnino ex dubijs expediantur, Instrui enim uult pia, anxiáq; mens non in dubitatione relinqui, aut tyrannide quadam premi, ne uel in desperationem, uel in Epicureismum ruat. Quod omnes pios ipsa experientia docet. Vera ergo solidáq; & perspicua dubiorum explicatione ei succurrendum est.

Quia ueritas ac puritas Religionis aliter seruari nequit, nisi adhibita diligenti solenniq; dijudicatione ueri à falso. Nam relinquere dubia in medio inexcussa, ueluti si in unam sentinam uariæ sordes confluant, nec unquam expurgentur, tandem confusionem opinionum & Religionum, ipsumq; Samaritanismum parit & efficit in Ecclesia.

Quia plerunq; in controuersijs & erroribus innumera peccata & scandala simul inuoluuntur, & malè sentientes patronosq; errorum grauissimis criminibus ac ira DEI onerant. De quibus quomodò potest pars rea pœnitentiam agere, ac Deum placare, cum ea pro peccatis non habeat? Quare necesse est publica ac solenni dijudicatione hominibus proponere, quid uerum ac falsum sit, ut qui peccauerunt in uiam redire, pœnitentiam agere, & Deum placare possint.

Hæc

Hæc etiam fuit perpetua Ecclesiæ Dei *consuetudo, ut* Religionis *controuersias diligenter ex uerbo* Dei *per* Synodos *ac disputationes dijudicaret ac illustraret. Et insuper iudicium ac testimonium suum, tum de ueritate, tum & de errore, quin & de ueris* Doctoribus *ac seductoribus in illustri loco poneret, omnibusq; notum efficeret.* Hinc *tot sanctorum* Patrum *catalogi, hæreticorum, hæresium & errorum, quò sic omnes præmoniti ac rectè edocti, errorem quidem fugere, uerum autem amplecti possent.*

6\. *Confessio ueritatis ab omnibus requiritur omnibusq; necessaria est.* Quare *necesse est, omnes publicè testari, quid in rebus dubijs ac controuersijs* Religionis *uel uerum, uel falsum sit.* Ideoq; *non possunt nec debent controuersiæ amnistijs ac silentio uelut æternis tenebris sepeliri.*

7\. *Deum oportet ueritatis prædicatione ac illustratione glorificari.* Hoc *sanè modo uel maximè sacrosanctum nomen eius illustratur.* Cum *uerò hoc semper & in omnibus dogmatibus sit necessarium, tum uerò præsertim, tunc & in ijs sententijs ubi assertione errorum gloria* Dei *uiolata & obscurata est.*

8\. *Turbæ ac lites ex* Ecclesia *tollendæ sunt, & uera ac solida pax ei restituenda.* Hoc *uerò aliter fieri rectè minimè potest, nisi per solidam ac legitimam dijudicationem controuersiarum,* Nam *ut uis mandatis, ac gladio tollantur disputationes, plenum est persequutionum &*

num & aliis peccatis, nec tamen est firmum medicamen. Nam ut multi iugulentur, et ad tempus repriman tur, tamen omnes cohiberi non possunt, aut certè in posterum non poterunt.

9. Posteritati esse sedulo consulendum, & ad hoc officium nos summo, planeq; diuino iure obligari, nemo sanæ mentis dubitat. At quomodo consulimus ei, cum nullum solenne iudicium de præsentibus controuersiis fiat, aut publicetur, posteritatiq; commendetur? Remanent ergo dubia indiscussa, & sicut in sentinam omnes sordes confluunt, ita posteritati partim indiscussæ & dubiæ, partim etiam falsæ opiniones relinquentur. Quare & quæ nos incommoda ingentia sentimus, ex non damnatis ante nos erroribus, eadem & posteritas sentiet ex nostra negligentia & frigiditate. Si Lutherus piæ memoriæ curasset aliquod solenne iudicium, & etiam reuocationem in errore causæ sine qua non anno 1536. fieri ac ædi, sicut in Antinomia, nō potuisset profecto postea hæc pestis per Maiorem Ecclesiam Dei affligere.

Quare sicut nos Maiores nostros in multis rebus iure accusamus: Ita multo iustius nos omnis posteritas coram Deo, totaq; eius Ecclesia & sanctis angelis accusabit. Quia nos in maxima ueritatis luce, in summis controuersiis, & deniq; scientes ac uolentes stertimus.

10. Contra Satanam militare, eiusq; fraudes, mendacia, ac homicidia patefacere omnino tenemur, utpote

qui

qui hanc militiam in Baptismo iurauerimus. Hoc uerò si in ulla re fieri debet aut potest, tum uerò præsertim in refutandis eius erroribus ac imposturis, quibus genus humanum circumuenit, illaqueat, irretit, & in æternum exitium abripit.

Ecclesia est ac esse debet sine ruga & macula, quin & columna ueritatis. Qualis uero tandem est ista columna ueritatis cœlestis, quæ non summa diligentia ueritatem illustrat, ab erroribus separat, propugnat, & errores contra non condemnat & abijciet, ac ex suo cœtu penitus expurgat.

Spiritus sanctus ob hoc ipsum datus est hominibus, ut eos in omnem ueritatem deducat, & mundum de erroribus ac peccatis disertè & quasi palpabiliter redarguat. Qui ergo decernit in causis ac controuersijs Religionis Amnistiam, is ipsimet Spiritui S. os obstruit, & eius primarium officium ex Ecclesia tollit.

Deniq; innumera omnipotentis Dei mandata sunt, quibus seuerißimè Deus præcipit ut luceat lux doctrinæ ac ueritatis in nobis accensa, & negociemur accepta sorte, nec uel sub modium eam abscondamus, uel in terram defodiamus. Iubet quoq; ut non tantum obseruemus, caueamus, & separemus nos ab ijs, qui falsa aut distorta docent, sed etiam eis in faciem coram tota Ecclesia resistamus, quin & eos prorsus anathematizemus, & deniq; Satanæ tradamus. Tali ratione cum

seuerißimè

ſeueriſsimè præcipit Deus lupos allatrari, & una cum ſuis venenatis fermentis ex Eccleſia pelli ac exterminari: Certè omnibus modis damnat iſtas commixtiones lucis cum tenebris, & conciliationes Chriſti & Belial.

Vult ille & præcipit ſeueriſsimè, nos etiam in minimis rebus huius fugacis uitæ ueritatē dicere, & mendacium fugere ac damnare, ne dum in ſummis ſeu ipſam Religionem attingentibus.

Sed ponamus nunc obſtrui poſſe ora hominibus uel minis, uel alijs rationibus ne quid contra errores loquantur. Num propterea etiam libri Oſiandri, aut aliorum ſeductorum erunt aboliti aut tacebunt, ne perpetuo puſillos Chriſti ſeducant, et in Eccleſia turbas dent.

Sanè ſi mox ab initio Amniſtia ſanciri fieriq; poſſet, anteq̃ error uel uoce uel ſcriptis in publicum ſparſus ac ſeminatus eſt, & piorum corda infecta, hoc ſanè ferri, atq; adeò etiam exoptari poſſet. Verum poſtquam errores in corda piorum ac Eccleſiam libris & ore ſparſi ſunt, perinde facit is, qui iubet ueros doctores illis dare Amniſtiam, ac is, qui poſt excitatum in ciuitate incendium prohibet, ne quiſquam reſiſtat aut ignem reſtinguat.

Nam ſicut ignis in ædificijs accēſus per ſeſe porrò ſerpit, & proxima quæq; corripit ac abſumit, etiāſi autor aufugit: Ita quoq; error in uulgus ſparſus etiam mortuo autore latius graſſatur, omnia perdens ac euertens.

Nec

Nec satis est quod quidam pericula fugientes, & lupos allatrare ac inuadere nolentes dicunt, ueras sententias propono, Augustanæ confeßioni adhæreo & subscribo. Nam id iam etiam sacramentarij & sectarij factitare solent, et olim Ariani libenter confeßiones offerebant, quibus tolerabilia uidebantur dicere, quæ tamē ipsi suo modo ac in suo sensu intelligebant. Verum ut antithesin adderent, suosq; errores disertè condemnarent, eò perduci nunquam poterant.

Non est satis oues in bona pascua educere, sed etiam si quæ ouis aberrauit quærenda & in uiam reducenda ac reuocanda est, si quæ læsa aut uulnerata sananda: et lupi omni zelo ac feruore arcendi.

Verum cum habeamus expreßißima & seuerißima omnipotentis Dei *mandata, quæ supra recensuimus & alia innumera, ut eleuata instar tubæ uoce indicemus populo peccata sua, utq; instar fidorum uigilum maturè & clarè indicemus aduentantem hostem, quo omnes sibi prospicere ac cauere poßint. Summi uerò ac perniciosißimi hostes sunt præsertim errores ac corruptelæ* Religionis. *Oportet omnino id nos summa fide ac uigilantia præstare, si non uolumus in summam omnipotentis* Dei *inclementiam pœnasq; incidere.*

Iubet item omnipotens Deus, *ut non tantum agnum* Dei *peccata mundi tollentem, sed & lupos ouilla pelle tectos commonstremus: Cur igitur non neglectis persuasibilibus humanæ sapientiæ consilijs aut potius uanißimis*

nis suis somnijs, omnipotentis Dei mandata ac immotum, salutareq; uerbum sequimur? Quod quidem ita firmum ac immotum est, ut potius ac prius sit cœlum et terra ruitura ac peritura, quàm unum iota aut apex de eius immotis oraculis.

Hic necesse est aliquid etiam tum pontificijs, tum et rudioribus in nostris Ecclesijs respondere, qui putant ex tali nostra assertione exortorum errorum & seductorum in nostris locis ac regionibus, sequi falsitatem nostræ Ecclesiæ & Religionis, quod ex re bona malum oriri uerisimile non sit: Vt cum fateamur hinc exorta esse mala, ipsos quoq; nostros cœtus et Religionem esse malos sequi arbitrentur.

Verùm contra ostendimus, initio ipsum Dei filium, ac eius Discipulos prædixisse, iam olim ex ijs ipsis cœtibus, qui ueram Religionem haberent, & Ecclesia Dei essent, exorituros noxios seductores & corruptelas, et hanc notam, indiciumq; non impiæ synagogæ Satanæ esse, sed ueri cœtus Religionisq; Dei.

Diuus Iohannes commodè correctionem aut etiam explicationem huius sententiæ addit, inquiens, Ex nobis exiuerunt, sed non fuerunt ex nobis, nam si fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum, Sed ut manifesti fierent, quod non sint omnes ex nobis: uolens indicare, in eo ipso cœtu, qui uocatur Ecclesia et ueram doctrinã audit, minimã parte, ac quidem ut parabola de multiplici agro habet, uix quartã uerè probã ac germanè

ex Deo genitam, siue addictam esse, ut plerumq; illi Hy pocritici, simulatiuè Christiani, tandem in aliquos errores contra ueritatem ac Ecclesiam erumpant: quo (sicut hic Iohannes & Paulus 1. Cor. 19. affirmat) cognoscantur tum electi tum & insinceri Christiani.

Sunt tamen nouæ errorum occasiones diuersiq; omnino seductores. Videmus enim etiam tempore Christi non tantum manifestos ueræ Religionis hostes Ethnicos & postea Iudæos ueritati restitisse, sed etiam inter ipsos auditores atq; discipulos Christi alios fuisse falsos fratres, qui tandem sint facti manifesti hostes, qualis fuit Iudas: Alios etiam uerè pios ac sinceros habentes diuersas falsasq; opiniones subinde disputationes & certamina mouisse, quod accidit omnibus Apostolis antè datum Spiritum sanctum.

Quin & postea adhuc Petrus dubitat de uocatione gentium, adhuc non rectè pede incedit ad ueritatem Euangelii, sed & ipse errat et alios quoq; non uulgares homines seducit, adeo ut sit ei necesse in faciem repugnari, sicut Christus eum antea mox post præclarissimam confessionem ac collaudationem, ut Sathanam abire iubet. Videmus sanè inter ipsos quoq; patres, nullum esse cui non etiam ipsa uetustas, comprobantibus quoq; postea pontificibus & eorum doctoribus aliquos errores aut saltem incommodos articulos adscripsit.

Sunt & aliæ innumeræ occasiones errorum & certaminum

hominum, qui multipliciter etiam à uere bonis profici eiſci queunt, quas enumerare & exponere nimis longe non & noſtræ operæ laboriſq; eſſet.

Satan ſanè mille artifex eſt, in omnesq; occaſiones intentus, ut modò ſuum fermentum aut zizania in agrum Domini inſpergere queat, & fragilis aut etiam uere praua iſta hominis natura eſt ualde obnoxia & idonea ad omnes eius peſſimos conatus & fraudes. Quare quid mirum eſſet, ſi tale quid etiam in noſtris Eccleſijs accideret, cuiuſmodi olim tempore Chriſti inter intimos eius diſcipulos accidit? Qualia & poſtea tempore Apoſtolorum ac deinceps multa in Eccleſijs ſubinde euenerunt.

Sed illud eſt ingens diſcrimen in hac quoq; parte inter ueram & falſam Eccleſiam, quod impia Iudæorum, Ethnicorum, Turcarum, aut etiam Antichriſti turba uel Synagoga nec animaduertit falſas opiniones que in ſuis cœtibus exoriuntur, nec eas curat, oppugnat aut abolet. Sed patitur ſimul uarios & planè contrarios errores ac furores, in eodem ſuo cœtu Religioneq; graßari ac confundi, ueluti in unum quoddam chaos Samariticæ Religionis, aut potius confuſionis, ſicut in unam ſentinam uariæ ac contrariæ ſordes confluunt, quod in alio quodam ſcripto de dißidijs Papiſtarum abundè probatum eſt.

At uera Eccleſia & ipſe Spiritus ſanctus eius

doctor, quam primum animaduertit in suo cœtu exurgere aliquem à ueritate aberrantem & aliud Euangelium prædicantem, mox secundum Christi præceptum adhibet unam aut alteram admonitionem: Quas si seductor non curat, deuitant eum omnes pij publicè eum oppugnantes, publica iudicia Synodosq; constituentes, & eum anathematizantes. Hinc apud ueteres tot Synodi contra uarios errores ac Seductores.

Sic & nostro tempore Lutherus, alijq; pij doctores & Ecclesiæ non minori studio omnis generis sectas & errores oppugnauerunt, eorumq; fermenta de medio sui exploserunt, quam ipsum Antichristum Romanum, eiusq; spiritualia uenena.

Hoc idem etiam post eius uiri Dei mortem, omnes synceri Doctores & Ecclesiæ egerunt cõtra Osiandrismum, Adiaphorismum, Stenckfeldismum, & alios errores, corruptelas, sectasq;, nec id sine mediocri fructu; quippe cum illi errores partim oppressi sint, partim etiam repressi, ita ut propalam non perinde grassari ac Ecclesiam Dei molestare audeant, uti initio cœperant, cum omnia euersuri uidebantur. Hoc idem uti iam etiam plenè Deo benedicente perficiatur, omni studio nunc laboramus ac sudamus, flagitantes Synodum, disputationes, & quascunq; legitimas, salutares, uerboq; Dei conuenientes præsentium controuersiarum dijudicationes.

Quare non huic iudicium aliquod erroris falsitatisue

tisue nostræ Ecclesiæ ac Religionis colligi aut obijci ue rè potest, sed potius Domino grauißima indicia, aut τεκμήρια *ueritatis ac sinceritatis, quæ ordine recenseo.*

Primum enim supra ostendimus multis Scripturæ testimonijs & perpetua etiam experientia, Satanam ita potißimum incumbere in perniciem ueræ Ecclesiæ ac Religionis, ut præcipuè ibi suas corruptelas, errores, hæreses ac scandala excitet ac urgeat.

Alterum indicium ac nota ueræ Ecclesiæ est apud nos, quod non conniuemus ad errores exortos, nec colluuiem contrariarum opinionum toleramus, sed mox uero zelo pro gloria Dei, uera Religione & animarum salute nos corruptelis ac seductoribus opponimus: resistentes eis in faciem, nec uel ad horam etiam falsis fratribus cedentes, ut modò ueritas Dei, depositumúe cæleste purum apud eam maneat & conseruetur. Nam quod nunc aliqui sapientes mundi huius carnali sua prudentia omnes controuersias obscurare, amnistijs inuoluere, & uerum cum falso commiscere conantur, satis ostendunt se non spiritu Christi, sed carnis & mundi huius regi & agi. Verum semper fuerunt etiam in Ecclesia homines carnalia sapientes, ut uel in ipsis Apostolis liquido uideri potest.

Quare calumnietur uel Apostata Staphylus, uel quisuis alius Sycophanta nostram hanc scriptionem & certamina cum corruptelis earumq; patronis, tamen

ex hoc ipso ueritas Religionis *ac* Ecclesiæ *nostræ elucescit, quod excitat Satan præcipue in uicinia et contra nostras* Ecclesias *uarias corruptelas, et quod uicissim ueræ* Ecclesiæ *ac sinceri doctores, sese talibus Satanæ furoribus opponunt, ac cum eis usq; ad mortem pro iusticia, nulla habita sui periculi commodiúe ratione, decertant et præliantur.*

Illud quoq; ad refutationem calumniatorum siue istius apostatæ, siue etiam falsorum fratrum meminisse utile fuerit, quod non tantum in primo horum libellorum, sed & iamdudum in multis impressis testati & protestati sumus, nos non damnare ullas Ecclesias, *non principes aut status, sicut nobis falso obijcitur. sed tantum errores ac corruptelas quasdam, eorumq; patronos & authores, qui non ita multi sunt.*

DOMINVS IESVS NOS SVO SPIRI*tu sancto regat, ut perpetuo cum illo ueteri tortuosoq; serpente eiusq; semine depugnantes, eius caput conteramus, eius fermenta expurgemus, et malum de medio* Ecclesiæ *auferamus.* Nam *modicum et pusillum fermenti, inquinat totam massam.*

QVIBVS RATIONIBVS CONTENTIONES AC CONTROVERSIAE CONCIONATORVM PIE IMMINVI POSSENT.

SI nulli seductori aut qualescunq; prauas opiniones spargenti Amnistia daretur, sed ad reuocationem, aliasq; censuras ac castigationes Politicas et Ecclesiasticas adigeretur, Metuerent sibi profecto alij & suos prauos conatus cohiberent. Nunc cum omnibus seductoribus etiã non orantibus aut petẽtibus Amnistia & impunitas sit ultrò proposita, nihil non audent & audebunt peruersi homines turbarum dare & errorum spargere.

2. Si potentes non paterentur falsa dogmata in suis regionibus spargi, minus esset, de quo contenderetur.

3. Si ijdem non ulterius aut alia ratione suis Theologis patrocinarentur, quàm uti ius ac ueritas flagitat, eosq; ac eorum doctrinam iudicari curarent, minus illi auderent, minusq; esset turbarum.

4. Si ista impia & perniciosa audacia errores extenuandi & cum ueritate conciliandi, ac confundendi, ut omnium grauissima Ecclesiæ ac religionis pestis prohiberetur ac castigaretur, Nunc enim uidemus esse infinitam audaciam, omnia incrustandi & ficulneis folijs contegendi, ac iram DEI, PAX PAX cla-

mando obscurandi, ut necesse sit DEVM nos grauissimè punire, & religionis puritatem obscurari.

5. Si, quàm primum aliqua noua doctrina, secta aut hæresis exoriretur, mox cum Principes, tum Theologi concurrerent, tanquam ad extinguendum commune incendium: Sic enim mox initio opprimerentur errores & certamina, nec tam diu contendere de eis opus esset. Nunc tam longo tempore stertunt, sinunt sectas erroresq; inualescere, & per Ecclesiam DEI grassari, ut tandem serò medicina paretur, cum mala per longas inualuere moras.

6. Si semel Verbo DEI ab Ecclesijs nostris damnatæ sectæ ac errores non restituerētur in integrum, sed pro damnatis & anathematizatis sine omni dubitatione haberentur, non adesset materia contentionum. Grauior quoq; pœna esset illis imponenda, qui ueteres hæreses instaurant. Vt exempli causa: Maiorismus olim Anno 36 est damnatus. Adiaphorismus Anno. 30. in Comitijs Augustanis, & undecim Annis postea in Ratisbonensibus reiectus est.

7. Si maledicta, et scurrilia poêmata, aliaq; scripta, qui magis famam uitamq; priuatam inuadunt, quàm ut uel ueritatem tueantur, uel errores refutent, quos ne attingunt quidem, à gubernatoribus seriò impedirentur, imo & grauissimè punirentur.

8. Si formulæ, ambiguæ, obscuræ, generales, & alijs Sophismatibus infectæ, ut est Interim Augustan: Lipsi-

cum

eum & Franc: non scriberentur, ac in Ecclesia proponerentur, minus seminum contentionibus praeberetur. Illas enim obscuritates, ambiguitates & generalitates alius aliter intelligit, suumq; quisq; sensum tuetur. Vt illi Cothurni nihil aliud q̃ poma contentionũ & tristißimorũ dißidiorũ existant. Quare cõtra oportet formulas, iudicia, & omninò scriptiones omnes praesertim cõmunes perspicuè ac propriè fieri, ne dissentiendi occasio praebeatur. Edidit Maior confeßiunculã quandã, qua simulatè errori suo mederetur, aut illũ tolleret, sed multo magis eũ confirmauit, quàm condẽnauit. Alius tamẽ dicit, esse reuocationẽ, alius contra, confirmationem errorũ. Tales praestigiae lusus q; ex Ecclesia dei tollendae & abigendae essent, una cum suis architectis ad Coruos.

Si non liceret uanißima simul & acerbißima mendacia de alijs excogitare ac spargere, ut est de λόγῳ, & similibus innumeris, non preberetur alijs iusta ac necessaria causa sese tuendi.

10. Si diligenter caueretur à gubernatoribus, ne uel edere uel uendere liceret impia scripta, sicut nunc est edita & uendita Schuuenckfeldica Postilla, quae totum Baptismum abijcit, & multa alia eius seductoris, quibus repugnare necesse est.

11. Si formulas probatas non facerent irritas, ut sunt Schmalkaldici Articuli, quibus olim probatißimi quiq; Theologi de uoluntate principum subscripserunt, non tam facilè licebit errores ac contentionum semina spar-

gere, aut eò facilius illis quasi receptis normis diiudicabuntur, & tollentur, ne sit necesse perpetuo de eis aut cum eis pugnare.

12. *Si non paterentur gubernatores suos doctores à genuina & perpetua doctrina* Lutheri *recedere, & nouam semiphilosophicam* Theologiam Ecclesiæ DEI *obtrudere, cui profectò necesse erit repugnare, etiamsi fractus collabatur orbis. Quod si etiam concionatores perterrefacti aut in canes mutos transformati, tacebunt, lapides clamabunt.*

13. *Si nihil paterentur in suis* Ecclesijs *nouari aut nouatores illos mox initio graui iudicio subijcerent, & si sontes reperti fuerint, castigarent.*

14. *Si ipsimet sapientes ac potentes, qui nunc ad clauum* Ecclesiæ *sedere uolunt, in agnita ueritate constantißime perfisterent, omnesq; eius corruptelas ac sectas contrarias impedirent, & non ita incerti harundinum instar fluctuarent, semper essent discentes & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes, omnibus sectis* Synodum *flagitantes, modò etiam grauißimis* Ecclesiæ *controuersijs cognitionem denegantes, ut nunc quidem uertiginis* Spiritu *correpti reperiuntur.*

15. *Si in omnibus promotionibus, & uocationibus præter iuramentum exigantur* Chyrographa *à doctoribus & concionatoribus quibus se ad receptam doctrinam & probatas formulas alligarent.*

Si scri=

16. *Si ſcriptores & concionatores ſcirent ſibi de omnibus maioris momenti ſententijs ſcripto aut ore dictis, grauem rationem non multò poſt reddendam eſſe, eſſent modeſtiores.*

17. *Si tacentes et quieſcentes in controuerſijs magni momenti, qui rectius ſentientem partem adiuuare deberent, in opprimendo errore, pro colluſoribus & complicibus ſeductorum habebuntur, pariq; pœna cum illis punirentur. Talis lex etiam apud Græcos olim in Ciuilibus diſſentionibus fuit. Veriſsimum ſanè eſt, iſtos, qui ſe quaſi ocioſos ſpectatores periclitantis Veritatis iam hanc iam illam partem deridentes præbent, longè perniciosiſsimos eſſe. Eorum enim ſilentio & Sardonio riſu confirmantur ſeductores, langueſiunt auditores tanquam ſi non ſint magni momenti Certamina, cum illi tam ocioſè ſedeant ac iocentur, & deniq; prægrauantur ueritatis aſſertores.*

18. *Si ex Eccleſia omnes errores & prauæ opiniones penitus ac clarè exploderentur ac expurgarentur, ne adeſſet materia aut etiam neceſsitas litigandi. Exempli gratia Adiphoriſtæ in Oratione Iſinderi, & in multis alijs ſuis conſultationibus, quarum iam aliquæ in iſta ultima farragine editæ ſunt, teſtantur, Adiaphoriſmum eſſe pomum Contentionis & cauſam diſsidiorum. Talis peſtis cum adhuc fucatur, & defendatur in Eccleſia, idq; horribilibus inſuper Anathematiſmis ac infamationibus eum piè*

oppugnan=

oppugnantium. Qui fieri potest, ut inde non uariæ lites, certamina, ac contentiones exoriantur?

19. *Si impia prosopolepsia ac studium partium imminueretur, aut etiam tolleretur:* Dum enim hic Cepham, *alter* Paulum *pro* DEO *colit, magisq; de eius quàm de* DEI *gloria ac ueritatis & Ecclesiæ incolumitate laborat. Qui fieri potest, ut non extent in* Ecclesia *contentiones?*

20. *Prodesset quoq; ad minuenda certamina, si concionatores & doctores diligenter monerent auditores, ac uulgus, ut sint constantes in semel agnita receptaq; doctrina, nec se à quouis seductore aut uento huc atq; illuc agitari & impelli patiantur. Vtq; si omnino cognoscere eos de alicuius noua doctrina oporteat, non tam respiciant, quis ea, aut quam eruditè, eloquenterúe aut plausibiliter dicat, sed quàm illa cum recepta Ecclesiæ doctrina consonent, & quàm firmis sacrarum literarum testimoniis confirmentur.*

21. *Illud uerò omnium præcipuum ac longè utilissimum esset ad piè tollendas ex* Ecclesia *dissensiones, si uerbum* DEI *esset unica certissimaq; norma ueritatis & gubernationis* Ecclesiæ *ac religionis, siq; illum iudicem aut præceptorem solum audiremus, quem audire cœlitus iussi sumus & audiremus. Neum* Iehoua, *dicit Dominus, Non* αὐτὸς ἔφα, *hic aut ille* Rabi *dixit aut scripsit:* Multo *minus* Politicā *aut* Carnalē *istam sapientiā pro arbitrio in* Ecclesia *imperitare pateremur.*

Preclarè

22. ¶ Præclarè Panormitanus dicit, potius audiendum esse imperitißimum laicum adferentem uerbum DEI, quàm totum Concilium sine omni uerbo aliquid asserens. De hac materia Anno iam 40. ab instauratione Ecclesiæ est disputatum, sed nunquam fuit minus nota, probataq; quàm hoc ipso tempore. Si enim dilectum Filium DEI, eiusq; uerbum audiremus & non hominum somnia, iam dudum pleraq; controuersiæ diremptæ sopitaq; essent.

Ante omnia profectò diuino fauore nobis opus esset ad hoc, ut & errores & controuersiæ ex Ecclesia religioneq; tollerentur. Quæ nimirum nobis in hac parte contigeret, si eam ardentibus precibus propter Filium peteremus, & aliquantò maiori ueritatis studio flagraremus, quàm proh dolor, nunc fit. Nunc enim cum ueritatis studium non habeamus, sed potius ad errorum & seductorum uocem nobis aures detestabiliter pruriant, nō est dubium, quin Deus sit nobis efficaces illusiones & tetram famem aut penuriā uerbi Dei citißimè immissurus.

EPISTOLA IENENSIVM THEOLOGORVM AD EOS THEOLOGOS, QVI

Erphordiæ, initio mensis Maij, conuenerant, Anno Domini 1561.

CVM intelligamus uos, Viri clarißimi ac doctißimi, istic congregatos, deliberare de publicis rebus ac negotijs Religionis, sicut toto pectore uobis in bono conatu felicem successum optamus; atq; ita uotis gemitibusq; nostris uobis adsumus, ita & per Epistolam coram adesse, & uobiscum colloqui constituimus, sperantes uos pro uestra humanitate æquo animo nostram compellationem accepturos esse.

Commune usitatumq; est, ut homines de incommodis ipsis, ac damnis multum & miserabiliter eisq; resistere conentur, causas autem ueras damnorum aut dolorum nec expendant, nec uitare aut tollere cogitent, aut laborent. Docet id uel ipsa communißima experientia in morbis, paupertate, & similibus difficultatibus, ubi nemo non molestias febrium, cruditatum, aut aliarum imbecillitatum ac dolorum, Item & egestatem ac defectum rerum necessariarum ægre dolenterq; fert. Sed ingurgitationes, helluationes, Venerem, Bacchum, lusum, aleam, negligentiam, otium, ignauiam, & alias suorum malorum ac damnorum causas, considerare

rare odisse & amouere perpauci uerè ac serio cogitant, aut conantur.

Quare, dum neglectis ueris malorum suorum causis, ipsis tãtum incõmodis occurrere ac mederi utcunq; satagũt, perinde faciunt, ac si rupto aggere aut prorumpente alicubi fonte aut uase rimam agente, non ipsum foramen primo quoq; tempore obstruere, sed tantum aquam effluẽtem exhaurire & in suum priorem locum refundere niterentur.

Prorsus uerò eodem modò nunc quoq; nihi de domesticis Ecclesiæ dißidijs, scandalis & impiorum tripudijs, insultationibusq; quæritãtur, sed de ueris tantorũ malorum ac damnorum causis ac fontibus, deq; solidis ac constantibus illorum remedijs, nec ipsi agunt, nec alios loqui aut laborare æquo animo patiuntur.

Nos uerò contra optamus sicut ipsa rei ratio necessario exigit, & omnipotens Deus seuerissimè præcipit, ut ipsæ tantorum malorum causæ primo quoq; tempore & ante omnia tollantur, & ueluti noxiæ radices stirpitus euellantur.

Sunt uero presentium certaminum dißidiorum, & scandalorum causæ ipsi errores, ac corruptelæ paßim per Ecclesias tanquam quædam contentionis poma sparse, quas, dum illinc alij directè tuentur, alij obliquè fouent aut saltem suis Amnistijs ueluti quodam nequitiæ pallio eas tegunt. Hic uerò alij damnant, oppugnant, & tanquam noxia pestiferaque

fermenta

fermenta è domo Domini tollere ac expurgare conantur, necessario tanta exoriuntur dissidia, ut sit Filius contra patrem, frater contra fratrem, et sint omnes domestici inimici homines.

Hasce sæuissimas Ecclesiæ DEI pestes, & aliorum maximorum malorum fontes, uberrimos, nos, omnesq́; uerè pij tolli toto pectore optamus, & Deum ipsum oramus. Quoniam uerò quidam negant, aut esse omnino ullas corruptelas in Ecclesia, aut certè non ita graues; aut deniq; non eam partem errare, quàm nos censeamus, ideo ardentissimis uotis publicam aliquam legitimam, ac uerè Christianam controuersiarum ex uerbo Dei dijudicationem (ut sunt piæ disputationes, Christianæ Synodi, & similes pij congressus) à Deo & hominibus optamus, præcamur, & flagitamus.

Nec solum petimus legitimam dijudicationem, sed etiam sententiam nostram de modò ac ratione eius Dominis ac Fratribus nostris Politicis & Ecclesiasticis, qui sunt in Augustana Confessione Ecclesijs, reuerenter publicis scriptis indicamus, suppliciter petentes, ut alij doctores ac sapientiores, cum de nostris rationibus iudicent, tum & alias meliores & utiliores cōmonstrent.

Sed sunt quidam importuni homines præsertim autem sectarij, qui nec nostram Synodi rationem comprobare uolunt, nec ipsi meliorem ostendere possunt, imo & in uniuersum omnem Synodum ac legitimam cognitionem hoc tempore impediunt.

Nos

Nos autem uos eximios uiros iam Erphordiæ congregatos, hac nostra Epistola amicè reuerenterq; adimus, amanter simul & summa animi demißione orantes, ut publicam, legitimam, ac Christianam cognitionem & dijudicationem præsentium controuersiarum omni studio ac labore promoueatis.

Quòd si qui inter uos sunt, errorum ac corruptelarum patroni, (neq; enim exactè, quinam istuc conueneritis, aut non conueneritis, compertum habemus.) eos aperte, disertis uerbis, & serio prouocamus, ut in apertam lucem aut Synodicum theatrum, disputationemúe Ecclesiæ prodeant, & nobiscum non iurgijs, acerbitate, sophismatibus, aut ullis omninò malis artibus, sed uerbo Dei uiuentis, quod est gladius acutißimus & penetrantißimus, aperta fronte & ingenue congrediantur.

Denuò dicimus nos eos aperte ac ingenuè inuitare & prouocare ad legitimam Christianam & Ecclesiæ Dei, Religionisq; negocijs dignam collationem aut disputationem, non uirulentiæ sophistices aut calumniarum, sed spiritualis certaminis ac uerbi Dei, quo omnes Veritatis cupidi, uictrici Veritati ad gloriam Dei & suam salutem adhærere, & omnia mendacia ac pestes errorum fugere ac deuitare poßint.

Age igitur prodeamus in lucem, congrediamur gladio, non carnis qui nobis tanquam doctoribus nec conuenit nec cordi est, sed Spiritus, ut tandem liquido ap-

pareat penes utram partem stet ueritas aut error, utq; tandem ueritas quidem illæsa retineri, corruptelæ uerò ac inde orientia dissidia, & scandala potentis diuinæ legis malleo contusa, penitus, tanquam uenenatissima Sathanæ fermenta, ex Ecclesijs Dei tolli possint.

Quid attinet, deserta necessaria Controuersiarum explicatione, adeò horrenda mendacia contra nostros quosdam confingere, iam de λόγῳ, *iam de Spiritu S. comparato cum Psittaco, iam de furtis, iam de proditionibus, iam de temerarijs condemnationibus ac sexcentis alijs (de quibus nunquam nos conuincent) adiuncta insuper extrema acerbitate, ut quidam etiam proximè in quarta suarum Homiliarum parte fecit?*

Quid etiam prodest ueteri Adamo indulgere, & ficulneis folijs probra errorum ac corruptelarum occultare? Num enim uel DEVM ita decipiemus, uel aduersarijs oculos contegemus uel rerum naturam inuertemus, uel conscientias erroribus inuolutas ac intricatas explicabimus, aut etiam pœnas iramq; uenturam effugiemus, uel demq; ueritatem incontaminatam conseruabimus?

Semper fuerunt in Ecclesia Dei, tales seductores ac conciliatores, qui ruinosum parietem inutili calce linientes & uulnera Ecclesiæ palliatiua cura sanantes, clamauerunt, pax & securitas, cum neq; à Sathana, neq; à peccatis, neq; à seductoribus, nec deniq; ab ira Dei esset pax, sed bellum atrocissimum. Quare nos ueris rationibus,

nibus, nempe legitima controuersiarum dijudicatione, & errorum ac scandalorum solida abolitione, laboranti Ecclesiæ, ac Religioni, conscientijsq́; succurramus, ut semper pij ac synceri doctores Christi factitarunt. Alioqui nostris istis Amnistijs ac fuga legitimæ causarum dijudicationis præter grauißimam DEI offensionem ac Ecclesiæ ingentia damna perinde frustra laborabimus, ac ij, qui ut supra diximus, uel ualetudinem solis medicaminibus tueri, neglecta omni recta diæta, uel ditescere, temere profundendo, uel etiam famam suam defendere, turpia ac tetra facinora patrando, conantur.

Occupamini nunc, ut audimus, deliberatione de concilio contra Papistas, in qua uobis salutaria consilia ex animo precamur., sed quid prodest foris Antichristum oppugnare, & domi nostræ eundem in suum thronum collocare? Si enim primum liberum Arbitrium afferas, aut Originale peccatum extenuet: deinde iustitiam fidei in uirtutibus colloces, ut Maior in dispositiõe Rom: capit. 10 Et Enchyrid. Rom. 3. ac 4. tertio extremam operum necessitatem ad salutem asseras, quarto non tantum definias Papam pro Antichristo habere & accusare, sed etiam ei primatum, & alijs Lupis iurisdictionem instituas, & deniq; omnes ritus ac cæremonias ad Papatum conformes, eoq; rem perducas, ut non tantum uulgus, sed etiam Principes Euangelici, ob spem cupiditatemq́; alicuius Episcopatus aut Abatiæ, sine omni uerecundia Antichristo sese prostituant, eum

adorent, ac cum eo scortentur, ut etiam proximè quidam cum eius legato factitarunt, quid tandem hoc ab ipso Papatu *aberit?*

Quo *etiam tandem successu ac felicitate* Theologi *cum aduersarijs congredientur: cum alius prorsus probet præsentem* Papistarum *sententiam de* Libero *arbitrio ac peccati* Originalis *extenuatione, ut* Louanienses, Lindanus *&* Osius *in suis uoluminibus de quibusdam gloriantur, Alius uero repugnantiam innatæ maliciæ, aut* Animalis *hominis asserat, (*Ratisbo: *anno* 1548. *factum est) alius contra propugnet, Aliusq; item approbet operum necessitatem ad salutem; alius improbet, Alius habeat* Papam *pro* Antichristo, *alius cum eo transigere, sese ei subijcere ac ad omnes eius abominationes sese conformare cupiat, alius est sacramentarius, alius cum omnibus sectis colludit, alius deniq; omnes eas condemnat. Talium cum* Antichristo *scortantium potentum legati quam sint uobis in uestris occultis deliberationibus & actionibus utiles futuri, uos cogitate. Fiat igitur primum domi summa concordia, idemq; uelle aut nolle, & tum cum aduersarijs fœliciter depugnabitur.*

Hæc ad uos, uiri Clarißimi, *scribere nunc uoluimus, orantes ac obsecrantes, uti istum* Equum Troianum, *ex urbe ac* Ecclesia *Dei extrudere, per legitimas* Synodos *ac dijudicationem adiuuetis, ac domum iam redeuntes quilibet cum suo* Magistratu *ac fratribus deliberet,*

remq;

remq; eo deducat, ut quàm primùm propter summam Ecclesiæ Dei necessitatem Synodus aliqua eaq; pia ac legitima instituatur, ad quam Deo iuuante promptè ueniemus, & placidè piè & perspicuè de controuersijs conferemus, uerbumq; Dei proferemus, ab eoq; nos regi & corrigi castigariq; patiemur, sicut & alios facere conuenit.

Hæc ideo significamus, tum ut publicum bonum promoueamus, tum etiam ut nos ac nostram conscientiam coram Deo excusemus, tum deniq; ut re postulante toti Ecclesiæ declarare possimus, nos nullā occasionē prætermisisse, quærendi legitimas controuersiarum dijudicationes, errorumq; scandalorum, ac dissidiorum abolitiones, ut qui & publicis & priuatis scriptis, omnibus tum gubernatoribus, tum doctoribus, tum amicis, tum aduersarijs hoc nomine supplices facti simus, ac quasi ad genua prociderimus. Quam nostræ innocentiæ ac optimi studij, uotiq; declarationem nos etiam ideo facere necesse est, quòd multi impudenter uociferantur, nos temerè in quemuis uel leuiter á nobis dissentientem irruere, omnes præcipitanter, aut etiam furenter damnare sine ulla causarum cognitione, & deniq; tyrannidem quandam Papalem in Eclesiam Dei, conculcatis omnibus fratribus ac iudicijs egibusue, nobis rapere ac uendicare. Quibus in rebus nobis manifesta fit iniuria, quam Deus potenter ulciscetur. Dominus IESVS

destruat

struat opera Satanæ, eiusq; caput sub pedibus Ecclesiæ suæ conterat, uosq; simul & nos suo Spiritu regat, Amen. Iene Pridie Cal. *Maij.* 1561.